1 ¶Ex quibus omnibus satis concluditur posse libere contrahere pacisci et convenire ac etiam societatem inire sup successionibus iuribus et hereditatibus iam quesitis:prout faciebant dicti contrahentes.¶Nec obstat si dicatur qd inter cetera facta fiebat pactum de donationibus cessionibus et successionibus factis et fiendis:et sic ppter verba predicta factis:et fiendis et verbu successione:videbatur qd fieret de eius futura successione que de iure videtur reprobata iuxta.l.fi.C.de pactis.Quia quo ad veritatem pactum per eos initum et societas inita non est de iure reprobatum seu reprobata.Nam inter eos pactum non fiebat de succedendo illi domino soffredo dno brissiaci sed solum de communicando ea que eis vel alteri eorum pervenire possent de bonis que ex predictis pactis in instrumento contentis dictorum avi et avie et bonis dicti soffredi ad eos vel aliquem ipsorum venire possent:et tale pactu est de iure permissum.notavit glo. in.l.si quis servum.ff.de actio.emp.

2 ¶Et posito qd aliqualiter pacta inter predictos inita loquuntur de successione dicti soffredi hoc est comprehensum sub universitate aliorum pactorum et ex quadam sequela iurium iam acquisitorum:ut patet ex tenore dicti instrumenti. Et sic licet a per se et principaliter non liceret super successione viventis pacisci et convenire:tamen per modum sequele et universitatis licet.l.in modicis.ff.de contrahen.emp.et.l.ij.§. illud potest. ff. de here.vel act.vendi.maxime per modum societatis.l.iij.§.illo.ff.pro socio.

a ¶Per se et pncipaliter hic qn vz pactu de futura successione.

3 ¶Item presupposito qd loquuntur pacta de quibus in dicto instrumento agitur in aliqua parte de successione soffredi viventis non propter hoc minus valent alia pacta presupposito sed non concesso qd quo ad istam partem non valerent.arg. in.l.si ex falsis.C.de transac.Nam revera si verba bene inspiciantur.l.fi.alle.non vendicat in hoc casu sibi locum:quia illa loquitur quando fiebat pactum inter illos qui spem habebant proximam succedendi:et in casu qd ab intestato posset eis obvenire hereditas:quia tunc reprobatur propter periculu ne tractaret de morte viventis.in casu tamen nostro non fiebat pactum per proximiores ab intestato cum eos precederent filie dicti soffredi.Nec de hereditate legitima:sed de hereditate seu successione dicti soffredi si ipse ordinaret seu disponeret quod perveniret sua successio ad eos vel ad alterum ipsorum ppter verba in pacto apposita factis vel faciendis per ipsum dominum brissiaci in quo cessat periculum mortis:quia si ipse non ordinaret vel instituerit nihil per mortem lucrari possunt: et sic cessat ratio dicte.l.fina.C.de pactis.et per consequens ipsa lex.argumen.in.l.adigere.§.quis.ff.de iure patrona.¶Quod confirmatur per finem dicte.l.fi. ubi permittit valere pactum si ille de cuius hereditate agit consentiat.¶Item predicta lex loquitur cu sit pactu de successione ad quam paciscentes possent venire preter et contra voluntate illius de cuius hereditate

paciscentur partes. Non de successione vniuersali ad quam non possunt paciscentes venire sine eius voluntate: vt. s. est dictum.

4 ¶ † Nec loquitur de legato de quo in presenti causa agitur: sed solum de successione vniuersali: quia in legato cessat ratio quam glos. ponit et docto. in d. l. fina. videlicet quia propter legatum dicto aymaro factum non impeditur libera testamenti factio: non obstante legato fecit testamentum et valet. et sic cum cesset ratio in casu nostro cessat dicta. §. quibus. Et sic licet pactum vel pacta in dicto instrumento contenta essent prout non sunt reprobata vt. s. dictum est: quo ad successionem vniuersalem dicti soffredi: non tamen quo ad legatum dicto aymaro facto: et sic illud legatum castri venire debet in societatem per dictas partes inita virtute verbi donationis. cum legatum sit donatio. l. legatum. ff. de lega. ij. Et propter verba quocunque alio titulo quod comprehendit omnes modos acquirendi etiam lucratiuos et legata propter sententie generalitatem et propter verbum donationum precedens. et sic trahit se ad similia. et comprehendit. argu. l. ij. §. quesitum cum ibi nota. ff. si quis cautio. et. c. que generaliter. de procura. lib. vj. Et sic non obstat. l. adiecit. ff. pro socio. quia loquitur quando erat facta societas questus in qua non comprehenduntur legata et donationes. cum verbum questus solum comprehendat acquisita per operas. sed non negatur ibi quin societas coiri possit super legatis et donationibus vt faciebant dicte partes: pro quo. §. de illo. s. alle.

¶ Summarium.

1 Donatio non infirmatur stipulationis defectu.
2 Donatio quando dicatur propter nuptias et quando valeat.
3 Pars contractus dicitur quod incta contractum apponitur.
4 Pactum nudum quod incontinenti apponitur precedentem actionem informare dicitur.
5 Conuentio vestitur optime iuramento.
6 Obligatio naturalis nascitur sivt liberi nascituri succedant nascantur.
7 Conuentio quod donata ad liberos deueniant an valeat nemine pro liberis stipulante.
8 Dos siue donatio quando ad eum redeat a quo profecta est.
9 Dos et donationes propter nuptias soluto matrimonio ad patrem redeunt a quo sunt profecta.

¶ Consilium. xij.

Ex facti narratione colligitur videndum principaliter si ex donatione per dominum petrum berengarij dominum quondam mergiarum facta contemplatione tunc futuri matrimonij raymundo eius filio: et liberis ex ipso matrimonio procreandis ius fuerit quesitum nobili ioanni nepoti quondam ex dicto matrimonio postea nato. Aduersus que opponuntur tria principaliter. primo quod in dicta donatione non interuenit stipulatio: et quod fuit facta inter patrem et filium. Secundo quod respectu liberorum nascendorum nulla interuenit stipulatio. Tertio quod bona donata reuersa fuerint ad dominum petrum donantem qui superuixit dicto raymundo.

1 ¶ † Ad primum dubium dicendum est dictam donationem non esse inualidam defectu stipulationis cum ex nudo pacto donationis autoritate legis oriatur actio siue conditio ex illa. l. si quis argentum. C. de donatio. et ibi probatur in §. fina. et notatur per Bar. in. l. legitima. ff. de pactis. et in. l. j. ff. de verborum obligatio. Nota etiam per Innocen. in capitu. veniens. extra de transactio. Tum quia dicta donatio facta fuit contemplatione futuri matrimo-

a ¶ Futuri matrimonij de donatione propter nuptias facta inter patrē et filium de quovis que plene dixi in decisionibus parlamenti. q. cxlv.

nij[a] que preterea valet licet inter patrem et filium: et ex ea fuit translatum dominium. l. ij. cum ibi notatis per glo. C. de inof. dona. et. l. pomponius philadelphus. ff. famil. hercis. Et ibi notatur et per Azo. in summa. C. de bonis que liberis. ¶ Licet regulariter donatio de patre in filium iuris impossibilitate sine repugnantia nō valeat. l. si quis pro reo. ff. de fideiusso. cum similibus.

2 ¶ † Ad secundum dubium dico quod licet in illa cōventione adiecta in dicta donatione propter nuptias ibi: ita tamen et taliter quod in ipsis castris et locis et redditibus supradictis liberi masculi nascituri a dicto raymundo et aleysia eius uxore predicta succedere debeant etc. Non intervenisset ut dicitur stipulatio pro dictis liberis nascituris: fuit tamen dicta conventio vestita coherentia dicte alterius donationis sicut videmus de pacto nudo quod vestitur coherentia contractus in. l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pactis. ¶ Attento quod dicta conventio iuxta dictum contractum alterius donationis dicto raymundo facte fuit incontinenti apposita. secus tamen si ex intervallo adiecta fuisset. l. legem. C. de pactis. et in. d. §. quinimmo.

3 ¶ † Et ratio diversitatis est: quia quādo apponitur incontinenti iuxta contractum: tunc dicitur pars contractus ut videtur velle dicere tex. in dicto. §. quinimmo. ibi dum dicitur bone fidei insunt etc. intelligo insunt sicut pars suo toto. Et ita datur actio ex eo contractu iuxta. l. tenetur. §. primo. ff. de actio. empti. et. l. fundi partem. ff. de cōtrahenda emptione. ¶ Sed quādo ex intervallo: tunc non censetur pars cōtractus: immo est pactum per se et separatum. Et ideo cum sit nudum non parit actionem per generalem regulam positam in. d. l. iurisgētium. in. §. sed cum nulla. ¶ Et ex tali pacto sive conventione nuda incontinenti iuxta contractum apposita oritur et datur actio prescriptis verbis. l. ij. C. de pactis inter empto. et vendi. Unde tale pactum nudum incontinenti appositum parit novam actionem. l. in bonefidei. C. de pactis. et in. l. legem. eodem titulo. ¶ Item etiam datur actio ex eo contractu: et tunc dicemus quod veterem informet. ut in dicto. §. quinimmo. et in. l. tenetur. s. allegata.

4 ¶ † Et quod hoc dico quod pactum nudum incontinenti appositum informat precedentem actionem: et datur actio ex illo contractu: habet etiam locum in contractibus stricti iuris ut tenet glos. in dicta. l. in bonefidei. C. de pactis. et in dicta. l. iurisgentium. in. §. sed quod nulla. super verbo bonefidei.

5 ¶ † Secundo ex alio capite fuit dicta conventio vestita iuramento: quod iuramentum hodie iure canonico est optimum vestimentum nudi pacti: ut tenet Hostien. in. c. quintavallis. de iureiurando. Et Joan. and. in. c. cum venissent. de institu. ¶ Idem etiam tenet de iure canonico Barto. in. l. si quis pro eo. in principio. ff. de fideiusso. et Henri. de bovenco in auten. sacramenta. C. si adversus vendi. in sua repetitione. in fine. ¶ Immo et etiam de iure civili. Est etiam optimum vestimētum iuramentum pacti nudi: ut tenet Raphael cumanus in

dicta. l. si quis pro eo. in princip. ¶ Et dicit qd videtur tex. in. l. si quis maior. C. de transac. Tum quia hodie etiam ex nudo pacto oritur obligatio et actio ad agendum in. c. quicunque suffragio. xii. q. ii. et in. c. i. et ibi notatur. extra de pactis. et clarius in. c. quoties cordis oculus. i. q. vii.

6 ¶ † Preterea et si dicta conuentio quod liberi nascituri succe-
a dant fuisset nuda: fuisset saltem nata naturalis obligatio[a] ratione consensus et voluntatis dicti quondam domini Petri donatoris. l. prima. in princip. ff. de pact. et in. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. ¶ Que naturalis obligatio oritur etiam inter patrem et filium. l. frater a fratre. ff. de conditio. indebiti. que quidem obligatio naturalis etiam impedit repetitionem indebiti iure ciuili in dicta. l. frater a fratre. Sed dictus nobilis Humbertus dominus de tribus mensis hereditario nomine dicti nobilis Joannis domini quondam morgiarum tenet: et possidet castra et loca donata: de quibus agitur. Ideo potest idem nobilis Humbertus repellere dictum Petri hac exceptione quod ipse possidet quod sibi naturaliter debetur: vt probatur in dicta. l. iurisgentium. in. §. sed cum nulla in fine. ibi dum dicitur in text. Sed parit exceptionem etc. Et pro hoc facit quod alibi dicit Bartol. quod si legatarius possideat rem sibi naturaliter debitam quia forte in testamento minus solenni fuit factum legatum vel alias habet ipse legatarius effectualem retentionem: et si agatur contra ipsum ipse habet exceptionem: quia possidet rem sibi naturaliter debitam: vt. ff. de compensa. l. etiam. et in. l. militis in. §. veteranus. ff. de mili. testamento. ita dicit Barto. in. l. nemo. ff. de lega. i.

a ¶ Naturalis obligatio. Uide de obligatione naturali: de qua etiam tetigi in decisionibus parlamenti. qo. cxlvi.

7 ¶ † Preterea quod dicta conuentio adiecta dicte donationi in qua conuentione fuit actum quod donata deuenirent ad liberos dicti Raymundi quos susciperet ex dicto matrimonio valeat licet nullus fuerit stipulatus pro liberis nondum na-
b tis[b]. casus est hodie clarus in. l. quotiens. C. de dona. que sub modo. et ibi plene not. Nec obstat quod dicti liberi nondum erant nati. argumen. in. l. si quis operas. ff. de operis libertorum. pro quo facit. l. placet. ff. de liberis et posthumis. vbi ille qui nondum est natus potest heres institui. Sic etiam est in omnibus actibus fauorabilibus. l. si quis ita dederit. §. i. ff. de testa. et. l. que filiabus. §. i. ff. de leg. i. cum si.

b ¶ Nondum natis. hic de donatione facta in contractu matrimonii liberis nondum natis. Uide de hac materia. s. in alio consilio. xxiii.

8 ¶ † Ad tertium vero dubium principale si dicta bona donata fuerint reuersa ad dictum dominum petrum patrem donantem per mortem dicti Raymundi eius filii predefuncti
c tanquam ab ipso patre profecta. Responderi potest[c] duobus modis. Primo quod licet dos a patre profecta ad patrem redire debeat iuxta. l. dos a patre. C. solu. matrimonio. Item etiam donatio propter nuptias a patre profecta ad patrem redire debeat. l. ii. C. de bo. que libe. hoc est verum non stantibus liberis: quia stantibus liberis profecta a patre non reuertuntur ad patrem: sed remanent liberis secundum veriorem opinionem Martini. de qua per glo. in. d. l. dos a patre profecta. que opinio Martini etiam de con-

c ¶ Responderi potest. de hac materia vide que dixi in decisionibus parlamenti. q. cxlvii.

suetudine servatur: vt ibi dicit glo. Et qd dicta opinio Martini servetur de consuetudine dicit etiam Host. in summ. in tit. de dote post divortium resti. §. cui datur &c. circa fi. ver. consuetudo. Et que consuetudo vt pro notoria vbique terrarum attento qd dicti domini doctores famosi in iure scribentes de ea attestantur. Ideo alia probatione non indiget: vt dicit Bart. in l. de quibus. ff. de leg. Et licet glo. in d. l. dos a patre profecta: loquatur tantummodo de dote respectu consuetudinis. Idem tn est dicendum de donatione propter nuptias: quia paribus passibus ambulant. in aut. de equalitate do. in §. f. et ita dicit Cy. in d. l. dos a patre profecta.

9 ¶ †Secundo potest responderi ad dictam l. dos a patre profecta qd dos & donationes propter nuptias & similia soluto matrimonio redeunt ad patrem tanquam profecta stantibus etiam liberis cessante dicta consuetudine. Et hoc verum nisi aliter inter contrahentes fuerit actum: vt quia pater passus est in constitu-

a tione dotis filiam stipulari* aut liberis suis dotem restitui soluto matrimonio: quia tunc non redit dos ad patrem: sed remanet filie aut liberis suis scdm formam talis conventionis vel stipulationis iuxta ea que ponit notabiliter Bar. in l. que dotis. et in l. gayus. ff. soluto matrimo. et faciunt no. in l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. iij.

a ¶ Filiam stipulari. De hoc etiam tetigi in decisioni b9 parlamenti. q. cccccxxiij.

¶ Summarium.

1 ☞ Manuteneri non debet in possessione qui nunquam fuit in ea.
2 Mitti in possessionem nullus debet alio possidente.
3 Ordinatio ex precipitatione annullatur.
4 Sententia lata super interdicto retinende possessionis super quo lis non fuit contestata non valet.
5 Possessor cum titulo et priori possessione in ea manuteneri debet.

¶ Consilium. xiij.

In causa dni ponsoni archiniaudi militis appellantis ex vna parte & Franciscum de ecclesia appellantem ex altera que pendet ad diffiniendum in magnifico dalph. parlamento videtur sententia ferenda pro dicto domino milite appellante: causis et rationibus subscriptis.

1 ¶ †Primo quia dictus Franciscus de ecclesia nunquam fuit in possessione prati & nemorum de quibus agitur: nec apparet quod possideat. Ideo non potest in eadem possessione manuteneri. arg. in l. decem. ff. de verb. obli. Nec fuit quesita possessio dicto de ecclesia ex persona henrici de villa asserti procuratoris dicti de ecclesia. & hoc probatur in l. j. §. per procuratorem. ff. de acq. pos. Ita dicit Azo in summa. C. de acqui. pos. in vlt. col. in §. per curatorem quoque &c. Et licet ibi Azo faciat mentionem de procuratore habente generale vel speciale mandatum: tamen hic de hoc non est querendum cum de nullo mandato speciali aut generali appareat.

2 ¶ †Secundo quia & si dictus henricus de villa fuisset procu-
rator

ratori dicti de ecclesia dictus miles possidebat dictum pratum et nemus tem pore quo dictus assertus procurator dicitur fuisse missus in possessionem dictorum prati et nemorum: vt deponunt testes dicti militis. Et cum ipse miles possideret prout et adhuc possidet non debuit dictus de ecclesia per se vel per alium mitti in possessionem dictorum bonorum de quibus agitur: nisi prius vocato dicto milite possessore: per ea que habentur et notan. in. c. licet episcopus. de preben. lib. vj. et tenet Angelus de aret. in. l. a diuo pio. §. si super rebus. in iij. col. ibi tu addas &c. de re iudi. vbi ipse Ang. dicit quod quilibet detentor etiam iniustus est citandus antequam priuetur sua detentatione licet quilibet alius verus possessor allegat. d. c. licet emptor. et facit. l. j. §. si vi a me. ff. de vi et vi arma. et quia non fuit ipse miles possessor vocatus: possessio dicti de ecclesia fuit iniusta: et debet reponi in possessione si possit dici spoliatus: aut si possit dici turbatus debet manuteneri in sua possessione per ea que circa hec dicit notabiliter Bal. in. l. ij. C. si propter publicas pensita. quia posterior pretensa possessio dicti de ecclesia censeri debet vitiosa et clandestina: per ea que dixi in apparatu statuti si quis per literas. in glo. super verbo clandestine. circa principium. et tangam j. de hoc statim in. c. preterea &c.

3 ¶†Cum quia dictus miles non fuit per viceballiuum a quo exaudit' in suis iuribus sed absque dilatione incontinenti processit ad suam ordinationem quod dictus de ecclesia manuteneretur in dicta possessione: ex qua precipitatione ipsa ordinatio fuit nulla per tex. in. l. ij. ibi non subitas sed deliberatione habita &c. C. de senten. ex periculo recitan. facit. c. deus. ij. q. j.

4 ¶†Cum quia in prima instantia dictus de ecclesia cum actione iniuriarum postea cumulauit aliam petitionem in qua petijt manuteneri in possessione dictorum bonorum: et sic intentauit interdicto retinende possessionis super quo interdicto non fuit lis contestata. et sic sententia inde super eo lata est nulla. iuxta. c. j. extra de litis contesta. et. c. dudum. lo. ij. in ver. licet. extra de elec. quia in omni materia etiam possessorij non solum retinende sed etiam recuperande requiritur litis contest. aliter processus est nullus: vt no. in. c. consultationibus. extra de officio delega. et per Joan. andr. in nouella. in capi. nonsolum. super verbo iudicis officio. de app. li. vj. et per Bar. in. l. materialiter. ibi: certo quo. &c. ff. de acqui. pos. Et si processus est nullus sua etiam est nulla. et no. p Specu. in ti. de sententia. §. placet. in vers. Item est nulla ratione processus &c.

5 ¶†Preterea ex actis apparet de titulo et priori possessione dicti militis: ideo debet in sua possessione dictorum bonorum manuteneri. nota. in. c. licet. extra de proba. quia possessio postea secuta dicti de ecclesia censeri debet iniusta: vt dicit Ang. de perusi. in. l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendi. et idem Ang. de are. in. l. clam possidere. in prin. ff. de acqui. pos. ideo ex hoc alio capite male fuit iudicatum per iudices a quo: et faciunt que dixi. s. in tertia ratione.

¶Summarium.

1 ¶Legitimatio seu restitutio natalium an valeat et ad quid. et nu. seq.

2 Legatum assequi non potest onus ei annexum recusans.

3 Donans bona aliqua censetur iura que in eis habet donare.

¶Consilium. xiiij.

Ex facti narratione mihi tradita pro parte guillermi blanachij de monte claro oriuntur duo principalia dubia. Primum si legitimatio de eo facta per dominum episcopum valen. et diensis vt vicarium imperialem cum ipse guillermus esset spurius: videlicet filius presbyteri valuerit quo ad successionem bonorum dicti sui patris naturalis extra territorium dicti domini episcopi.

Secundo si ipse guillermus poterit petere legatum sibi per dictum eius patrem naturalem in suo testamento factum absque
1 onere ipsi legato adiecto. ¶ † Ad primum dubium videtur di-
a cendum: quod dicta legitimatio[a], inquantum concernit specialia valet ad minores ordines non ad dignitates et prelaturas. Quo vero ad successionem bonorum potest valere in bonis existentibus infra eius iurisditionem temporalem ad quem dumtaxat eius vicariatus se extendit. ita dicunt et tenent glo. Innocen. Hostien. et Henri. bohic post ipsos in. c. per venerabilem. qui filij sint legi. in ver. aut quo ad successionem. et ver. si queras de alia seculari vel ecclesiastica persona. prout alij dicunt de papa qui extra suam iurisditionem temporalem legitimare non posset ut succedat legitimatus in bonis parentum secundum dictos doctores in d. c. per venerabilem. in prin. in versi. aut de papa. Quis Hostien. contra quo ad papam: cuius opinio. non sequuntur dicti doctores cum quibus docto. concordant Cy. et Saly. post docto. antiquos in auten. ex complexu. C. de incest. nup. Et hoc quando tales non sunt ex damnato coitu progeniti: prout tamen est dictus guillermus: quoniam tales de iure ciuili non sunt alendi in dicta auten. ex complexu. Et quamquam Salycetus ibi videatur innuere quod imperator tales ex damnato coitu possit legitimare quo ad successionem: est tamen necesse quod in legitimatione dicat non obstante dicta auten. ex complexu. de quo plene no. etiam in. l. fi. C. si contra ius vel uti. publi. et Bal. in. l. eam quam. C. de fideicommis. Et quamquam de equitate canonica hodie tales ali debeant tamen secundum eundem Saly. in legitimatione requiritur illa solennitas propter odium quod lex contra ipsos habere videtur secundum ipsum. Ideo si predicta verba apposita fuerint in dicta legitimatione valebit etiam quo ad successionem bonorum infra iurisditionem temporalem dicti domini episcopi vicarij imperialis et non ultra: ut supra dictum est licet quo ad specialia valeat ubique: quia talis legitimatio nemini affert preiudicium secundum hen. bohyc. in. d. c. per venerabilem. ¶ † Ad secundum dubium videtur dicendum quod dictus guillermus amplecti non poterit dictum legatum et recusare onus ei annexum: quia ipsum legatum acceptando dictum onus subire tenetur nec aliter esset audiendus petendo legatum si nolet subire onus. l. j. §. pro secundo. C. de caducis tollendis. Et si dicatur quod dictum legatum fuit subrogatum loco bonorum prius inter viuos eidem guillermo per dictum eius patrem naturalem donatorum: et quod propterea eodem iure censeri debet etc.
3 † Ad hoc respondetur quod dictus pater faciendo
b donationem[b] dictorum bonorum donasse censetur ius quod in ipsis habebat. l. qui tabernas. ff. de contrahen. emp. et in. l. si dominus. §. fi. ff. de leg. j. et cum dictus pater donator nullum ius haberet in dictis bonis: quia dederat bona que ad eum non spectabant: ideo nullius efficacie fuit dicta donatio: ex quo sequitur quod nulla ductus obligatione: sed mera liberalitate dictum legatum fecit dicto guillermo: et faciendo ipsum guillermum onerauit quod facere potuit. l. ab eo. cum sua materia. C. de fideicommis.

a ¶ Dicta legitimatio. de legitimatione spurij in temporalibus et spiritualibus de legitimatione et plene scripsi in decisionibus parlamenti. q. cccc lxxxij.

b ¶ Donatione dictorum bonorum. De donatione facta filio naturali: et si possit emancipari. vide que plene scripsi in deci. gra. q. cccccc xxxij.

¶ Summarium.

1 Bona materna que dicantur.
2 Bona fraterna que sint et qui in eis succedant.
3 Renuntians bonis maternis an dicatur etiam bonis renun tiare fraternis.
4 Renuntiatio bonorum paternorum ad fraterna non extendi tur bona.
5 Pater non habet vsumfructum in bonis maternis ad liberos deuentis.

¶ Consilium. xv.

1 Bona materna† dicuntur que ex successione matris ad liberos peruenerunt in quibus pater superue niens nihil habet quo ad proprietatem: sed tan tummodo administrationem et vsumfructum. l. j. C. de bo. mater. et l. cum oportet. C. de bonis que li
2 beris. ¶ † Postquam vero dicta bona peruenerunt ad liberos: et ipsi liberi postea decedunt intestati superueniente adhuc pa tre ipsa bona dicantur fraterna: et in ipsis succedunt fratres et sorores vtriusque coniuncti et cum eisdem pater: ita vt viriles fiant portiones vt in auth. defuncto. C. ad tertullianum. ¶ Et per hec apparet quod non sunt amplius ipsa bona materna: quia in maternis non succedit pater vt supra dictum est. pro quo facit. l. si is qui ex bonis. ff. de vulga.
3 ¶ † Et per hoc etiam apparet quod renuntiatio facta de bonis maternis non includit dicta bona fraterna. facit etiam ratio: quia dicta renuntiatio bonorum maternorum non potest ex tendi ad futuram successionem cui non potest renuntiari: nec valet pactum super futura successione. ff. de le. ij. l. si ita sit scri ptum. §. si sub conditione. et de acquiren. here. l. qui superstitis. et l. is qui. et C. de pactis. l. fin. Ideo in dicta renuntiatione bo norum maternorum non comprehenditur nisi portio que per uenerat ad aymardum renuntiantem ex successione materna tales enim renuntiationes a iure prohibite non recipiunt in terpretationem extensiuam. l. quod vero. ff. de legi.
4 ¶ † Et quod renuntiatio bonorum maternorum vel paternorum
a non debeat extendi ad bona fraterna [a] expresse tenet Barto. in. l. ij. §. illud. ff. de here. vel ac. ve. pro hoc. ff. de le. iij. l. si citi⁹ ex parte. et tetigi de hoc in decisionibus parlam. dalphinal. q. cccxxj. quia alia est hereditas patris: alia est hereditas matris: alia hereditas fratris: vt in dicto. §. illud. et insti. de pupil. sub
5 stitu. §. igitur. ¶ † Sed an pater habuit vsumfructum in por tionibus bonorum maternorum que suis liberis superstitib⁹ deuenerunt per mortes aliorum liberorum: dico quod non quia iste est vnus ex casibus exceptatis in quibus pater non habet vsumfructum in bonis aduentitiis vt ponit. glo. in auth. idem est. C. de bo. que libe. et est tex. in auten. item hereditas. eo. tit.

a ¶ Ad bona fraterna de hoc etiam tetigi. J. consilio. ccxlvj.

¶ Summarium.

1 Bona ingredientium ordinem mendicantium ad quos deueniant.
2 Ingressurus religionem bona sua vendere debet et pauperibus erogare.
3 Schedula seu imbreuiatura quando probet.

¶ Consilium.xvi.

1 Secundum communem doctrinam doctorum † bona ingredientium ordinem fratrum minorum medicantium non facta dispositione de bonis suis transeunt & devolvuntur ad venientes ab intestato. Nec proprie dicuntur bona vacantia postquam sunt professi: sed vocatur hereditas iacens eo genere vacationis quo per mortem naturalem que venientibus ab intestato defertur vt est tex. expressus in extravaganti exiit qui seminat. §. ad hoc: quoniam. §. se. Et in cle. exiui de para-
2 diso. §. ceterum versic. nos autem. & §. quia igitur. ¶ † In quo §. ceterum dicitur quod volenti ingredi dicatur quod vendat omnia sua & studeat pauperibus erogare. Et sic fuit intentio beati francisci quod non recipiatur nisi prius disposito de bonis suis quod si non fuerit factum transeunt bona ad venientes ab intestato: quia vnus modus tantummodo permittitur fratribus conventus habendi de bonis illius ingredientis: scilicet si ille contulit per modum elemosyne vt ibidem: ergo alij casus prohibentur secundum tenorem dictorum textuum & eorum mentem. & faciunt. l. cum pretor. ff. de
a iudi. & capi. nonne. extra de presump. ¶ Hoc expresse tenet Franci. de zabarellis [a] cardinalis floren. vulgariter nuncupatus in dicta clemen. in. §. ceterum. hoc etiam tenet henri. bohyc. in. c. in presentia. in. ij. distin. extra de probatio. hoc vult etiam Bart. in. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de le. ij. & in. l. j. ff. de testa. insti. et in quarto libro minoricarum. Idem tenet Bald. in autenti. ingressi. C. de sac. sanc. eccle. ¶ Nec obstat quod dicit Specu. in ti. de statu. mona. versi. quarto. quia secundum Bal. de alio medicante loquitur hoc est predicatore: quia ille conventus predicatorum propriam bursam habet vt dicit Bar. in dicto libro minoricarum. In ca. primo circa princ. Ex quibus propterea apparet petita pro parte antonie & katherine filiarum quondam laurentij tholosani fieri debere.

> ¶ Fran. de zabarellis. advertendum super hoc quia dominus clemens papa concessit privilegium fratribus minoribus quod ipsi succedant proximioribus & possint possidere per li-bito eorum voluntatum. ita vidi ego guido in vidimus bulle.

r ¶ † Nec obstat quedam scheda seu imbreviatura ex adverso in dicta causa producta: quia ibi non reperiuntur intervenisse ea que requiruntur in prothocollo scheda vel imbreviatura secundum no. per Cy. in. l. contractus. C. de fide instru. et ibi per Bal. super rubri. & per Ioan. and. in additio. spe. in titu. de instrumentorum edi. §. videndum. & per Bar. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. initium. ff. de edendo. Et tamen in instrumento publico ad hoc vt probet requiruntur ea que ponit gloss. in. l. generali. C. de tabularijs. lib. x.

¶ Summarium.

1 ¶ Illegitimus sed ex damnato coitu natus an possit succedere?
2 Natus ex maritato et soluta an dicatur ex coitu damnato.
3 Pater filio spurio in vltima voluntate dare non potest: sed inter vivos potest.
4 Coitus damnatus quis dicatur & quis ex eo natus censeatur.
5 Uxor maritum de adulterio accusare potest.
6 Spurij an possint capere ex persona patris.
6 Possessionem capiens sine manu heredis an perdat ius suum.

¶Consilium.xvij.

Casus mihi tradit⁹ consulend⁹ cõsistit in duob⁹,
¶Primo an castrum nouum dalmaceni potue-
rit dari per recolẽde memorie dominũ Ludoui-
cũ de pictauia comitem Ualeñ.et diensis vltimo
defunctũ filio suo Lancelloto de pictauia bastar
do valeñ.attento ꝙ quãdo tenuit nobilẽ Kathe-
rinã lianiarde matrem ipsius bastardi erat ipse dominus co-
mes cõiugatus:ꝫ ipsa katherina nõ esset cõiugata:⁊ sic videt
esse spurius dictus lancellotus.¶Secundo an perdiderit ius
suum dictus Lancellotus ex eo qḋ ipse accepit possessionem
dicti castri sine manu heredis.

1 ¶†Quo ad primũ videret dicẽdũ qḋ dictũ castrũ ptineat dño
nostro dalphino heredi dicti comitis Valeñ. pro eo:qꝛ dictus
Lancellot⁹ videt nat⁹ ex dãnato coitu.¶Nam prelibatus dñs
comes tpe cõceptionis ⁊ natiuitatis eiusdẽ erat. cõiugatus:et
sic erat inhabilis dictus Lancellotus aliquali successione:ex
quocũis titulo dicti dñi comitis:iura sunt vulgata.in aut. qb⁹
modis natu.effi.legi.§.fin.aut.lꝫ.in fi.C.de na.lib.aut.ex com
plexu.C.de incest.nup.c.per venerabilem.in fin.extra qui filij
sunt legiti.⁊ no.gl.fi.in.c.cũ hꝫ.extra de eo q̃ duxit l matri.quã
polluit per adulte.⁊ no.Azo in summa.C.de na.libe.§.q̃ aũt.⁊
Spe.in titu.de successio.ab intest.circa finem.

2 ¶†Cõtrariũ videt censendũ ꝙ immo dictũ castrũ pertineat di
cto Lancelloto:qꝛ ipse Lancellotus nõ põt dici nat⁹ ex dãnato
coitu:cũ talis coitus ex maritato ⁊ soluta nõ possit per legem
accusari.l.j.C.de adulte.⁊.xxxij.q.j,c.publico.⁊ ita tenet Saly
cet⁹ in dicta aut.ex cõplexu.sup verbo indigni.ꝙ dicta aut.nõ
hꝫ locũ in filijs natis ex cõiugato ⁊ soluta.cũ tales filij nõ di-
cant nati ex dãnato coitu.Et ita videt ibi sentire gl.ẽm eãdẽ:
a cuius opinione gl.cũ doctore famoso in iudicando non est re
cedendum iuxta theoricam Cy.in.l.j.C.de actio.et obligatio.
Bar.in.l.fi.C.de pe.iudi.qui male iudi.Idẽ Jacob.de butri.in
l.prima.C.qui pro sua iurisditiõe.⁊ Jo.an.in.c.j.extra de cõsti.
Facit.l.minime.ff.de legi.¶Tũ qꝛ ⁊ posito ꝙ idẽ Lãcellotus
a fuisset ex dãnato coitu^a adhuc dictũ castrũ ad eum spectaret ex
cõtractibus transactionũ per dictũ comitẽ cũ dño sancti Uale-
rij cũ seneschallo bellicadri.⁊ cũ Aubelleto fabri thesaurario.
dalph.⁊ cum domino episcopo Ualeñ.

a ¶Ex dã-
nato coitu.
de donatiõe
facta filio
spurio vide
etiã.j.consi.
xciiij.⁊ cõsi.
ccxlvj.

3 ¶†Nam licet sit prohibitũ patri dare filio suo spurio in vltia
voluntate per iura supra alle.Nõ tamẽ est prohibitũ in cõtra-
ctu inter viuos:ẽm gl.que reputat singularis in.l.qui testamẽ
tum.ff.de proba.de qua facit festũ Bar.in.l.si is.ff.de vulga.⁊
pupil.substi.⁊ idẽ videt sequi Spe.in ti.de successio ab intesta-
to circa fi.in versi.quid si inter se.¶Tum qꝛ licet nõ posset idẽ
Lancellotus capere ex persona dicti domini comitis. Nõ ta-
men prohibetur ex persona dñi nostri dalphini.eius heredis
vt no.glos.in dicto §.fina.in autentica qb⁹ modis natura.
efficiun.legi. ⁊ Bartolus in dicta.l. si is ⁊ ibi videtur casus ⁊
ponit Specu.in titulo de successio.ab intestato circa finẽ.Sed

ipse dñs noster dalph. declarauitq́ ipse volebat obseruare om̃ nia contenta in testamento dicti comitis ꝛ in dicta trãsactione. igitur ꝛc. Quia nihil tam naturale q̃ ea que placuerũt obseruare. l. j. ff. de pactis. l. sicut. C. de actio. et obligatio. c. j. extra de pactis. c. quotiens cordis oculus. j. q. vij. que duo capitula vltimo allega. cum ibi notabiliter habẽt quod etiam ex nudo pacto alteri per alterũ acquiritur stipulatio. ꝛ maxime in casu presenti: in quo interuenit iuramentum [a] quod est vestimẽtũ nudi pacti ſm docto. in. l. iurisgentium. §. quinimmo. ff. de pa ctis. ꝛ in. l. legem. C. de pactis ꝛ ponunt canoniste in dicto. c. j. extra de pactis. ꝛ allegatur casus in. l. fi. de libe. causa. et extra de iureiuran. in. c. ex rescripto. Que approbatio dicte transactionis facta per dominum nostrum dalphi. cum fuerit generalis obstat sibi in omnibus capitulis. l. non est nouum. ff. de transactio.

[a] ¶ Interuenit iurm. quañ iurm vestit pactũ nudũ: d quo vide ĩt. j. q. xxiij.

4 ¶ † Sed in contrarium videretur dicendum in hoc casu quod dictum castrum non potuerit dari dictõ Lancelloto per dictũ comitem Ualeñ. nec in vltima voluntate nec in cõtractu inter viuos. cum idem Lancellotus dicatur natus ex damnato coitu. ꝛ pro hoc est tex. in. c. per venerabilem. extra qui filij sint legiti. ꝫ. alle. ꝛ in. c. tanta. extra de eo qui duxit in matrimo. quã polluit per adulte. facit. xxxij. q. iij. c. sicut. ꝛ fere per totam questio. Et quod idem Lancellotus dicatur natus ex damnato coitu. tenet glo. fi. in dicto. §. fi. in auẽ. de natu. liberis. ibi: tu ergo dic. quam sequitur ibi Angelus de perusio. ꝛ idem videtur tenere Azo in sum. in ti. C. de natu. lib. §. qui autem ex dãnato. ¶ Nec obstant supra allegata in contrarium. Nam inquantũ dicitur quod non dicitur natus ex damnato coitu: cum per. l. accusari non potest. Nam videre meo immo glos. dictę autentic. ex complexu facit potius contra super illoq verbo indigni recipiendo. ver. quo casu autem matri non patri ꝛc.

5 ¶ † Uel potest dici quod ratio Salyce. nõ est bona quod mulier non possit accusare maritum: quia immo potest: vt ponit glos. in dicto capi. publico. xxxij. q. j. et facit. §. causis. vt liceat ma. et anie. colla. viij. Et quod mulier potest accusare maritũ de adulterio est textus in capitulo christiana. xxxij. q. v. et facit cap. non mechaberis. ꝛ capitu. si quis ea questione prima. ¶ Nec similiter videtur obstare glo. in. l. qui testamentum. ff. de probat. quia loquitur contra casum. l. j. C. de naturalibus li. ¶ Et contrarium tenet in dicto. §. fina. in auẽ. de naturali. liberis. scilicet qđ non potest capere ex tractu inter viuos. ¶ Nec ob. dictum Specu. quia loquitur in alio casu. s. in contractu emptionis. Nam ipse Specu. tenet expresse quod non potest ei donari in eodem titu. de successio. ab intestato. in ver. sed cum pater. immo inquantum Spe. loquitur de emptione. Est casus contra eius decisionẽ in dicta. l. j. C. de naturali. libe. ibi. vel emptione collatum.

6 ¶ † Item inquantum dicitur quod licet non possit capere ex persona dicti comitis: nõ tamen prohibeẽ ex persona dicti dñi nostri dalphi. clare respondeẽ quod immo capit ex dispositiõe

dicti comitis eius patris vt recte intuenti liquet.
¶Quinimo si expresse donasset eidem Lancelloto dominus noster Dalph. non valeret talis donatio: attento quod est heres dicti domini comitis. ita ponit Jaco. de bello visu in dicta l. si is. ff. de vulga. & pupillari. quem sequuntur Bart. et Jmol. per. d. l. j. C. de natu. libe. Glo. vero dicti. §. & Specu. loquuntur in alio extraneo quam in extraneo herede instituto per patrem spurij.

7 ¶†Secundi dubij decisio pendet ex precedentibus: nam si ipse comes non potuerit dare dictum castrum frustra queritur an dictus Lancellotus perdiderit ius suum capiendo possessionem sine manu heredis: sed in casu in quem dictus comes potuisset dare dicto Lancelloto dictum castrum si ipse perdiderit ius suum accipiendo possessionem propria auctoritate sic distingue post doct. quia aut adeptus est possessionem ante aditam hereditatem aut post. Si ante non fuit priuatus iure suo. ita tenet glo. in. l. non est dubium. C. de legatis. quam communiter sequuntur doc. idem tenet Azo in scdo. C. quorum leg.[a] circa finem. Si post aditam tunc priuatus est iure suo: et de hoc est casus in dicta. l. non est dubium. Nisi testator dederit licentiam apprehendendi possessionem rei legate propria auctoritate vt est casus in. l. tytia. §. lucius. ff. de lega. ij.

a ¶Quorum legatorum. odof. in summa. l. ti. quorum le. dicit quod tituli quorum legat. ff. & C. habent locum ante aditam hereditatem.

¶Summarium.

1 ¶Substitutio facta de bastardo an valeat.
2 Nepos ex filia non venit liberorum masculorum appellatione.
3 Natus ex ligato et soluta an dicatur spurius et an possit succedere.
4 Bastardus an possit substitui & inquantum.
5 Liberi testatoris quando plus capere possint.
6 Naturales liberi etiam legitimati in feudo succedere nequeunt.
7 Feudalia ad instar patrimoniorum rediguntur.
8 Legitimatio an tollat defectum natalium.
9 Restitutus locum per alium occupatum non recuperat.
10 Substitutio facta de bastardo quando valeat.

¶Consilium. xviij.

SUper casu in terminis et dubijs inde elicitis ex testamento domini Joannis domini camere dependentibus mihi traditis videtur mihi dicendum vt sequitur.

1 ¶†Ad primum in quo queritur si casus substitutionis facte per dictum dominum Joannem de camera bastardo dicto de aquabella euenerit: et conditiones sub quibus erat substitutus fuerint purificate. & respondetur quod sic: cum omnes ante ipsum bastardum instituti: et substituti sine liberis masculis decesserint in quem casum ipse bastardus reperitur fuisse & esse substitutus: ita vbi alia infra dicenda non obstarent substitutio predicta in eius personam locum haberet. l. vna. §. sin autem aliquid. C. de ca. tol. l. legata. ff. de condi. & demon. cum si.

2 ¶ † Nec obstat qd̄ supersit nobilis aymo de seysello nepos ex filia vrbani de camera: quia appellatione liberorum masculorum in hac materia non venit nec includitur filius natus ex filia seu nepos ex filia: quia debet intelligi de proximo et immediato iuxta.l.qui liberis.§.fina.ff.de vulga.⁊.l.ex facto.§.fi.ff.ad trebellia.nota.in Spe.titu.de locato.§.nunc aliqua.ver.cxlvj.et tenet Bald.in additio.Specu.super eodem versi.⁊ in l.j.C.de conditioni.insertis.

¶ Nec etiã obstat qd̄ dictus bastardus de aquabella fuit substitutus domino Joanni bastardo de camera militi ⁊c.qui viuente testatore decessit ⁊c.quia sufficit qd̄ dictus de aquabella superfuerit[a] tempore casus substitutionis euenientis per.l.q̄d in.§.ita autē.ff.de acqui.heredi.cum sua materia.

a ¶ Superfuerit.de interruptione grad⁹ substitutiōis vide etiã q̄ dixi l decis.parla.q.cccccl.

¶ Sed transeundo ad alia dubia videndũ est si obstent dicto bastardo de aquabella aliqua que eum impediãt venire ad dictam substitutionem.

3 ¶ † Et primo videndum est si sibi obstet: quia genitus fuit a dicto domino Joanne testatore coniugato et matre vidua. ad quod respondetur: quod licet natus ex vno coniugato et muliere soluta non dicatur natus ex damnato coitu:[b] sic quod in eo non habeat locum auten.ex complexu: secundũ qd̄ ibi tenet Salycetus per glo.in.l.j.C.de adulterijs. tamē de iure canonico est expresse decisum in.c.tanta est. extra qui filij sint legiti.quod talis est spurius: et ab hereditate paterna repellendus: et sic hoc sibi obstat vt ad dictam substitutionem non admittatur autenti.ex complexu.C.de incest.nup.et auten.licet.in fi.C.de natu.libe.

b ¶ Ex dãnato coitu. de hac materia etiã.ß.tetigi i p̄cedēti meo cõsilio.

4 ¶ † Et ex eo etiam quod dictus de aquabella bastardus inter naturales de quibus in dicta aut.licet.dici posset non potuit substitui nisi in vna vncia dũtaxat ex duodecim vncijs: vt in dicta aut.licet.⁊ in aut. de triente et semisse.§.consideremus. vnde sumitur colla.iij. quãuis substitutio ipsa facta fuerit in eum casum in quem non essent liberi legitimi masculi: attento qd̄ tempore testamenti ⁊ mortis dicti testatoris fuerunt legitimi liberi masculi.

¶ Non enim cessat omnino ipsorum liberorum legitimorum fauor post mortem eoꝝ cum vt libere de bonis paternis disponere possunt post eos.sic eorum fauor. vnde fideicommissum onus et grauatione censetur: vt not.in.l. ex tribus. C. de inofficio.testamen.

5 ¶ Nec etiam tunc cessat causa prohibitionis legalis quod vltra liberi ipsi capere non possint.etiam verum est quod nobilis aymo est de liberis legitimis dicti testatoris et qd̄ ex substitutione predicta nihil plus capere possit dictus bastardus de aquabella.facit.l.quod conditionis.ff.de dona. causa mortis.et glo.in aut.quibus modis natu.effi.legi.§.fi. institu. de fideicommissa.heredi.glos.ij.cum iuribus ibi allegatis Spe. in ti.de succes.ab intestato.ver.quid si imperator.

¶ Nec obstat.l.si is qui.ff.de vulga.quia loquitur in pupillari per quam succeditur pupillo et in bonis pupilli: hic in casu

isto loquimur in fideicommissaria per quam succeditur testatori: iuxta not. per Barto. in l. centurio. eodem tit. et in l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

¶ Quo vero ad dictam unciam videretur meliori iudicio salvo secundum opinionem domini Salyce. supra dictam quod locum haberet dicta substitutio in personam dicti bastardi de aquabella nisi alia obstarent: et per premissa patet responsum ad tertium dubium.

6 ¶ † Unde et secundo videndum est redeundo ad secundum questitum si obstet dicto de aquabella etiam respectu dicte uncie quod bona in substitutione cadentia fuit feudalia. ad quod respondetur quod de iure feudorum decisum est quod naturales liberi etiam legitimati non succedunt in feudo: ut est text. in c. naturales, et in c. adoptivus. si de feudo defuncti controversia fuerit. ponit glos. ij. circa finem. in c. j. de natura successionis feudi. et ista fuit opi. Cy. in auth. sed et si quis. C. de secun. nup. et in l. liberti liberteque. C. de bonis libertorum. Hostien. et Joan. an. in c. lator. extra de re iudica. Henri. bohic in c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi.

7 ¶ † Sed cum hodie de consuetudine feudalia sint redacta ad
a instar patrimoniorum quo ad ius successionis [a] ut no. Joan. fabri. insti. in proemio. et de emptione et vendi. circa princip. et de legitima patr. tutela. circa fi. et de rerum divi. in principio. et idem Joan. fab. in auth. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. idem Petr. Jaco. in materia feudorum. et etiam quo ad ius alienandi: ut no. Bald. in feudo. in c. porro. qualiter olim feudum poterat alienari. Et hec consuetudo non est probanda cum doctor famosus de ea attestetur: ut vidi supra consilio. xij. et consilio. xviij. et Jaco. de bello visu ex qui. can. feudum amittatur. circa principium. Et ita ut dicitur se habet consuetudo in patria Sabaudie que est attendenda et per quam homines de bonis feudalibus testari et disponere possunt sicut de bonis patrimonialibus: videtur dicendum quod non obstaret dicto bastardo quod bona predicta sunt feudalia: si alia non obstarent
b cum consuetudo vincat [b] ut iuribus vulgatis.

a ¶ Quo ad ius successionis. de hac materia vide j. consil. ccxiij.

8 ¶ † Sed nunc est videndum si legitimatio facta de dicto bastardo per dominum ducem Sabaudie defectu natalium de quo supra tollat ad effectum dicte substitutionis obtinende. ad quod respondetur quod dictus dominus dux possit legitimare: iuxta c. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. cum ibi notatis: et presupposito quod tanquam vicarius imperialis hoc facere potuerit et quod dicta legitimatio debite facta fuerit quod dicta legitimatio cum facta fuerit post mortem testatorum et post casum eventum substitutionis predicte; et ita postquam ius fuerit questitum dicto nobili aymoni de seyssello perseverante incapacitate dicti de aquabella qui eum impediuit venire ad dictam substitutionem aliquod ius habere in bonis substitutis: et que ideo translata fuerunt efficaciter ad dictum de seyssello. quod talis legitimatio non proficit ad reddendum efficacem dictam substitutionem quod per eam bona

b ¶ Consuetudo vincat. in feudalibus consuetudo dominatur: ut vide i sing. meis. fo. cxlix.

auferantur dicto aymoni cui iam fuerant quesita et applicentur dicto de aquabella.
9 ¶ † Quia restitutus non recuperat locum per alium occupatum. l. i. ff. de decurio. et l. fine. §. sed quid. ff. de minoribus. sed legitimatio est quedam species restitutionis: vt in autenti. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. §. si quis ergo. et §. licebit. colla. vi. Item in iuribus de legitimatione loquentibus nulla fit mentio de retractu. facit. l. si seruus eius. ff. de acquiren. heredita. Et ita sentit gl. in. l. gallus. §. et quid si tantum. et Bartol. ibidem tenet. de liberis et posthumis. et Salyce. in autenti. preterea. C. de natu. liberis. Istam partem etiam sequitur Henricus bohic. in. c. tanta est. extra qui filii sint legitimi. secus fuisset vbi dicta legitimatio fuisset ante euentum casus dicte substitutionis: vt no. in iuribus supradictis. facit. l. fi. C. de senten. pas. et restitu. sufficit enim qd sit capax tempore quo casus substitutionis euenit. arg. d. l. si seruus. et. l. si deportati. de leg. iij.
10 ¶ † Sed restat nunc videre esto qd dicta substitutio locum habere nō posset in persona dicti bastardi de aquabella propter incapacitatem si saltim locū habere debeat in personas filiorum suorum legitimatorum: sed credo quod non: primo quia pater ipsorum viuit existens in priori gradu: nec habetur pro mortuo: et videntur substituti ordine successiuo: attento quod in eis cadit ordinata affectio iuxta ea que habentur per glo. et Bart. in dicta. l. gallus. §. quidam. vnde quādiu pater est: liberi admitti non debent. Item quia habet liberos ipsos in potestate ita non admittantur secundum Specu. in titulo de suc ces. ab intestato. §. primo. versicu. quod si habetur. Item quia stipes illegitimus non facit ramos legitimos. l. finali. C. de natura. libe. in fine. Et quod in hoc casu liberi nō veniant ad dictam substitutionem attento qd supersunt ex liberis legitimis dicti testatoris est casus in. l. finali. C. de natu. libe. Quia si legitimus ex naturali non admittitur stantibus legitimis multominus admittatur legitimus natus ex spurio. et ita tenet Salyce. in dicta. l. fina. licet vbi non superessent legitimi glos. et Barto. in dicta. l. finali. contrarium teneant quia cessat causa prohibitionis.

¶ Summarium.

1 ¶ Mulier nihil lucratur si dote nōdum soluta morte viri matrimonium soluatur.
2 Mulier donationem propter nuptias lucratur si in dote offerenda mora non committatur.

¶ Consilium. xix.

Ex casu mihi tradito elicitur dubium: videlicet si quando dos solui debet certis terminis et facta solutione in vno vel duobus ex prioribus terminis morte viri soluatur matrimonium an locum habeat. §. illud quoque. in autenti. de nō eligendo secūdo nubētes. col. i. et aut. sed que nihil.[a] C. de pac. conuen. et aut. dos data. C. de dona. propter nuptias inquātum in eis dicitur qd mulier que nihil de dote prestiterit nihil omnis.

[a] ¶ In aut. sed que nihil. Joā. fab. in d. aut. sed q nihil. dt qd p. aut. non

no &c. & si non totum pro tanto &c.

1 ¶ Et breuiter videtur dicendum quod non habeant locum dicta iura in casu proposito: q2 illa iura intelliguntur quando dos nõ fuit soluta tempore promisso: et sic quando mulier fuit in mora: voluerunt enim dicta iura punire moram mulieris nõ soluentis dotem quod apparet: quia pro eo quod soluit respectu cuius non potest amplius dici in mora percipit de do-

2 natione seu dotis augmento. vt dictis iuribus † hoc etiam apparet quia si mulier obtulerit vel soluere voluerit: & vir non acceperit: mulier donationem omnino pcipit. vt dicto. §. illud. et autentica dos data: que obligatio solum fit ad impediendũ moram mulieris. iuxta legem acceptam. C. de vsur. cum sua materia. l. si non constat. &. l. si traditi. C. eodem titu. obligatio enim in extraiudicialibus excusat quem a mora; vt plene not. in dictis iuribus.

¶ Preterea tex. in dicta aut. dos data. illud, videtur decidere. Ibi dum dicitur. ac si per dilationem &c. quod verbum accipitur: sed est per moram. Preterea facit pro hac parte quia fuit habita fides de dote. argu. in. §. vedite instit. de rerũ diuisio. ff. de re indicata. l. ad solutionem. cum pendente dilatione non dicatur mulier in mora. ff. de verbo. oblige. l. eum qui kalend. cum'si.

hz locũ vbi alter pmittit dotem p muliere: q2 iuris nihil est qđ possit mulieri iputari plus ibi ẽt Jo. fab. q d. aut. nõ ser na de cõsue tudine.

¶ Summarium.

1 Societas quot modis cõtrahatur.
2 Societas ex actibus dissolui presumitur.
3 Societas expressa omniũ bonorum qualiter contrahatur.
4 Societas rebus & facto tacite contrahitur.
5 Actus voluntarij vltra gesta non extendendi.
6 Societas contrahi non presumitur si alter tantum negocietur.
7 Societas siue socialis affectus potest ex actibus apparere.
8 Societas ex communicatione fructuũ presumitur.
9 Societas non contrahitur si vno negociante alter non negocietur.
10 Societas ad negotiationis actus restringitur.
11 Societas ex quibus inter fratres iudicijs presumitur.
12 Societas nomine communi emens societati querit.
13 Equalitas est in societate seruanda.
14 Societas inter fratres presumitur si res et earum fructus cõmunicentur.
15 Lucra ratione officij vnius ex socijs an sint communicanda alijs.
16 Bona acquisita per vnũ sociorũ noie proprio qñ sint cõicãda.
17 Societas qualiter cõtrahi super acquirendis cognoscatur.
18 Societas qñ proprio noie acquisita ceteris consocijs cõicare teneatur.
19 Socius an teneat acqsita vxoris vel liberorũ noie cõicare.
20 Pecuniarũ cõium rationes reddende.
21 Coniecture indicia seu circunstantie que in dubio preualeãt iudicis arbitrio relinquuntur.

¶Consilium.xx.

Exordiendo ab vltimo quesito in quaterno serie facti cōtinente tradito his annexo descripto. An videlicet inter Joannem Petrum & milonem baroneti fratres presumi debeat societas omnium
a bonorum[a] saltim tacite contracta: in quo potissime difficultas etiam aliorum precedētium quesitorum et totius materie de qua agitur: consistere videtur. Sequentia pro maiori et clariori responsione ipsi vltimo quesito et consequenter alijs precedentibus quesitis subijciendo: rum intelligentia arbitror esse premittenda et consideranda.

> a ¶ Societas oim bonor. de duobus fratrib⁹ bona cōiter hñtib⁹ plene dicit tāgit Spe. in ti. de indi. l. §. sequitur videre de cōib⁹ indicijs. & i libro meo rubeo qui volumi nis. fo. xcix.

1 ¶† Primo qualiter. societas interdum contrahitur consensu verbis expresso sicuti conuentione et pactione expressa: vt. l. societatem. et. l. coire. et. l. nam contractu. ff. pro socio. et. l. societate. C. eodem titulo. ¶Interdum vero societas tacite contrahitur absq; verbis. Sed rebus et facto. nam consensu contrahatur lege consensu. ff. de act. & obli. & consensus pōt expri-
2 mi verbis & factis. l. de quib⁹. ff. de legi. igitur &c. ¶† Sic etiam in dissoluēdo ex actib⁹ psumit societas tacite dissoluta. l. itaq;. ff. pro socio. ita dicitā ponit Bar. in. l. tytiū. §. altero. ff. de admi. tuto. vbi etiā addit alias rōnes: quē etiā recitat Bal. in. l. si patruus. C. cōia vtriusq; indi. & Saly. ibi recitat Bar. & Bal. Et licet in aliquibus disconueniant: in hoc tamen cōcordant societatem tacite contrahi posse sine conuentione siue pactione expressa. sed rebus & factis insequendo opi. antiquorum docto. Jaco. de are. Ryc. mal. & Oldr. sic dicentes: vt refert Bar. vbi. s. Insimul habitatio bonorum in cōmuni collatio & eius qd alter supra lucrat inuicē nō reddita ratio faciunt societatem presumi. argumen. ff. de proba. l. procula. & de dona. inter virum & vxorem. l. si seruus. ff. soluto matrimonio. l. que dotis. et ibi notatur.

3 ¶† Secundo qualiter interdum contrahitur societas expressa omnium bonorum vt. l. prima. §. primo. et. l. tertia. §. primo. ff. pro socio. quandoq; simpliciter vt dicta. l. coiri societatē. quandoq; alicuius negociationis. seu plurium negociationum vt l. societas. in princip. ff. eodem titulo. et institu. eodem titulo. in principio. et quando sic fit tunc res est in claro et expedito quia voluntates legitime contrahentium seruande sunt vt. d.
4 l. de societate. ¶† Quando autem societas contrahitur tacite contrahitur absq; verbis sed rebus et facto tunc de ista societate et ad que bona extendantur et de eius effectu multotiens dubitatur: et in aliquibus etiam est inter dictos doctores differentia; tamen de mente omnium ipsorum doctorum est quod per actus et effectus communicationis presumetur et conijcturabitur de quibus bonis et rebus censebitur societas tacite contracta. Unde secundum Bartol. si fratres in communi habuerint et sibi communicauerint lucra vnius negociationis tantum tunc contracta videbitur inter eos societas respectu illius negociationis dūtaxat & si plurium negociationum lucra cōicauerint: respectu oīm illarū pariter psumetur socie-

5 tas contracta. ¶ † Regulare enim est q actus nostri voluntarij non extendantur vltra ea que geruntur. l. fi. C. ne vxor pro ma. l. tutori. C. de neg. ge. & q presumi debeat esse contracta societas respectu horum quorum lucra consueuerint communicari; probat Bartolus vbi. s. per dicta doctorum antiquorum predictorum. Et vltra quia talis communicatio questus non potest intelligi facta citra societatem: ergo censeatur contracta. l. pro herede. §. papinianus. ff. de acqui. heredi. inducit etiam ipse Bar. in arg. l. in concubinatu. ff. de concubinis. & l.
6 mulierem. ff. de situ nup. ¶ † Subiungens ipse Bar. q si alter
a fratrum tantum negotiaretur q nulla censeretur inter ipsos fratres contracta etiam tacite societas. Melius de societate inter fratres vt in casu nostro contenta tangit Bart. in. l. j. §. si quis hoc interdicto in fine verbis eiusdem Bart. ff. de itinere actuque priua. vbi Bar. per glo. in. d. §. si quis hoc interdicto. limitabat dictum Cy. & Old. qui dicunt q inter fratres ex solo vsu contrahitur societas: & sic tacite dissoluitur: vt. l. itaque. ff. pro socio. Unde dicit ipse q hoc est verum in casu tamen in quo apparet vsus inter eos: vt quia ambo erant artifices: & communicabant lucrum illius artis q in illa arte videtur contracta societas: vel communicabant fructum tantum. in illis tantum videtur facta communio: non in emptionibus prediorum. de quo vide eundem Bar. in. l. ij. ff. de concu. Quid aut si vnus emit nomine proprio rem quam fecit poni in estimio nomine omnium presumatur q sit omnium. vide de hoc eundem in. l. cura. C. de agri. & censi. lib. x. & si vnus lucretur ex pecunia communi an communicetur. vide eundem in. l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. vbi quid si vnus est maior & alij minores. et ista sunt vtilia pro materia presentis cause.

a ¶ Si alter fratrum negotietur et alter non videtur societas contracta.

7 ¶ † Baldus autem circa hoc aliter dicit videlicet q si vnus fratrum negotietur vel etiam si nullus negotietur: potest ex actibus apparere socialis affectus sicut est inter nobiles qui non faciunt questuarias mercantias: nam si quocunque vna queque stipendia vel salaria consueuerint in communi vsu ipsorum fratrum conferre: negari non potest quin isti sint sociales actus ex quibus presumitur intentio & voluntas ipsorum fuisse: q inter eos sit societas quia voluntas facto datur intelligi. l. reprehendenda. C. de institutio. & substi. ¶ Et idem si ille frater qui non negotiatur quandoque sibi obuenientia puta ex fundo vel redditu prebende vel ex salario confert in communi: prout facit ille qui negotiatur: aut si vnus negotietur vna arte puta mercantie alter alia aduocatione vel tabellionatu et lucra hinc inde communicentur presumitur societas tacite contracta ad quam ipsi actus ordinientur et per locum ab effectu. ¶ Dicit vlterius Bald. q illud quod dicit Barto. societatem tacitam restringi solum ad actus sociales procedit vbi actus ipsi sunt vniformes: sed vbi sunt difformes et in se varietatem habentes dicit ipse Bald. quod per tales actus presumitur societas generalis contracta: quia indifferenter se habent & indistincte. vnde ex talibus actibus ita promiscuis et

differentibus credit q presumat societas generalr zcta subiungens q non psideratur in predictis anvnus plus lucret q alius:q: talia in societate generali non attenduntur sed oia sunt equalr percipienda.l.si socius p filia.ff.pro so.
8 ¶Salycetus autem dicit q predicta non intelligit aut irrationabilia sibi videntur.ponatur enim duos fratres solum domum paternam communez habere z alterum ipsorum fratrum vxorem duxisse:que mille eidem dedit in dotem vel fundum:z alterum esse aduocatum z habere libros suos esto q lucra aduocationis et doctorum communicentur.tamen nullus dubitat q fundus dotalis z libri non erunt communes:quia aduocatus tenet libros suos vt ppios et alter dotem vt sibi pertinentem.z si ex pecunia dotali fundum emisset:z fructus communicasset non ex hoc videtur nec presumi debet communicasse fundum. z quod de hoc sibi videretur casus in.l. cum duobus.§. fratres.ff.pro socio.z in feud.in titulo de duobus fratribus de no.benefi.inuesti. ¶Preterea dicit ipse Bald.communicatio fructuum z redditnum vel lucrorum habet in se causam discontinuam:ideo ex ea non insurgit presumptio societatis inducte nisi legitimo tempore interuenerit iuxta.l.cum de in remver so.ff.de vsuris.¶Concludendo propterea ipse Salycetus quod ex communicatione sola fructuum redditunm vel aliorum lucrorum non inducitur societas omnium bonorum dicens vlterius q pro futuro tempore poterit vnusqsq dictorum fratrum fructus redditus z lucra vt propria retinere.argumen.l. itaq.ff.p:o socio.¶Fatetur tamen ipse Salycetus quod si alter ipsorum fratruz illo anno fructus redditus:aut lucra sua alteri fratri communicauerit tenetur etiam ipse alter frater sua communicare ex quo aliena in communione recepit:secus si anteq recepisset sua communicare noluisset:z sic a societate si que erat contracta recessisset:vel verius ante obuentionem lucrorum dicere debuit.argumen.ff.p:o socio.l.actione.§.dicimus.¶Quorum dicta dictoruz quo ad effectum z mentem ipsorum si media z conclusiones eorum bene attendantur nihil aut parum iudicio meo differunt: presertim respectu materie dictorum quesitorum.In hoc enim fundamento in quo fere cuncta alia referuntur:conueniunt et concordant quod societas tacite contrahitur in his in quibus per actus sociales z effectus verisimiliter demonstratur ipsos societatem habere voluisse:z q talis presumi debet mens z intentio qualis ex actibus colligi potest z q ad qualitates actuum recurrendum est.
9 ¶Circa autem qualitates actuum z exemplificationes casuuz quos dicti doctores ponunt qui sunt diuersi in aliquibus: separatas etiam rationes habētes videretur prima facie esse aliqualis diuersitas: que tamen cessat iudicio meo si casus ipsi bene attendantur veluti cum dicit Barto.q si fratres nō negotientur:aut alter ipsorum sic:z alij non:q inter ipsos non contrahitur tacite societas intelligit in casu vbi nulla lucra sibi communicant.z nullus aliorum doctorum dicit in hoc casu contrarium.Ubi autem lucra sua sibi cōmunicant:tunc ex hoc presumuntur esse velle socij vt dicit Baldus. z in hoc non contradicit Bartolus.immo per dicta sua in dicto.§. altero. z etiam in dicta.l. si patruus colligitur esse huius opinionis cum dicit quod actus nostri voluntarij non extenduntur vltra ea que geruntur:et sic etiam extenduntur secundum ea que geruntur. Et quod per actus sociales z presertim communicationem lucrorum presumatur societas tacite contracta : z ad hoc ten-
10 dunt eius dicta.¶Pariter cum Barto. dicit q societas restringitur solum ad illas negotiationes in quibus tales actus interuenerunt et quarum questus communicati fuerunt.Bald.in hoc non contradicit:sed dicit vltra q vbi dicti actus sunt diffomes,q ex hoc presumitur tacite contracta societas ge-

neralis: non dicit omnium bonorum sed simpliciter generalis. Unde societas omnium bonorum non contrahitur nisi dicatur specialiter. l. tertia. §. primo. ff. pro socio. et ponit glos. institu. eodem titulo. §. sed plane. Et ubi non dicitur specialiter omnium bonorum: sed simpliciter seu generaliter: quod idem est: tunc non sunt socij omnium bonorum: sed eorum que ex questu veniunt. ita dicit expresse text. in. l. coiri societatem. ff. eodem titulo. et ista procedunt in societate verbis expressa que applicando in societate tacita de qua in hoc facto tali agitur quando Bald. dicit quod presumitur in casu predicto societas generalis contracta: intelligendus est loqui respectu eorum que ex questu veniunt: et hoc satis apparet cum subdit ipse Bald. quod lucra ipsa sunt equaliter percipienda: nec attenditur quis plus lucratus fuerit. Non autem loquitur nec est intelligendus quod bona propria vniuscuiusque dictorum fratrum pertinentia veluti domus: libri: aut fundi empti ex pecunia dotali: et sic de alijs sint nec efficiantur communia. ¶ Etiam videmus quod aliquando vnus ponit capitale et erit suum: et alius socius solam operam. et tunc lucrum erit commune. insti. pro socio. §. de illa. ¶ Et esto adhuc quod essent dicte res: seu efficerentur communes in societate generali expressa. Tamen in tacita que non extenditur nisi iuxta voluntatem presumptam verisimiliter ex actibus socialibus veluti lucrorum et damnorum communicatione hoc intelligi non potest neque debet nec censeri debet hoc fuisse de mente Bald. quod res proprie dictorum fratrum per hoc efficiantur communes. Quia ex dictis actibus socialibus seu lucrorum communicatione non colligitur fratres ipsos voluisse communicare bona sua propria. ¶ Maxime quando vnus plura et maiora bona habet quam alius. immo est totum clarum voluntatem ipsorum et intentionem esse in contrarium. iuxta etiam communem observantiam que in interpretatione, voluntatum est incipienda. l. si servus plurium. §. fina. ff. de lega. primo. cum glo. sed solum quo ad fructus et lucra &c. Respectu quorum etiam Salycetus convenit quod sunt communicandi vt supra tactum est quamvis dicat quod communicatio fructuum et lucrorum non habet in se causam continuam: et quod ideo non inducitur presumptio societatis inducte nisi legitimo tempore talis communicatio sit facta vt dicta. l. cum de in rem verso. Sed ista differentia nihil infert respectu casus de quo hic agitur quia dicti fratres steterunt insimul non solum decem annis: immo et decem et octo. vt in narratione facti dicitur.

¶ Societas omnium bonorum non contrahitur nisi expresse dicatur.

11 ¶ † Restat ergo secundum omnes dictos doctores quod quando fratres insimul habitant fructus rerum suarum et lucra suarum negociationum et operationum adinuicem communicantes quod ex hoc presertim si diu continuauerunt presumitur inita fuisse inter eos tacita societas: respectu questus communis provenientis ex dictis negociationibus et operationibus communibus eorundem fratrum. Et quod lucra ipsa sunt et venient inter dictos fratres communicanda per

fationes etiam et iura supra et per eos allegata ꝛ in hoc etiam omnes docto-
res concordant.
12 ¶†Tertio premittendũ est qd res que emuntur per alterũ sociorum si cõmu-
ni nomine empte fuerunt efficiũtur cõmunes altero sociorum ratum habente
etiam si pecunia esset propria ementis.l.si ego.ff.de neg.gest.Et illo ratum nõ
habente remanet solius emptoris.l.fundus ille.ff.de cõtrahen.emp. Si autez
emit proprio nomine tunc si emit de pecunis propria non est questio:q: in du-
bio est ementis.Si vero de pecunis cõmuni ꝛ tunc aut erant socij omnium bo
norum ꝛ tenetur emens cõmunicare.l.si quis societatem.in princ.ff. pro socio.
Aut nõ erant socij omnium bonorum:ꝛ tũc aut loquimur in societate expressa
verbis cõtracta aut in tacita.si in expressa ꝛ actum est qd emptiones ꝛ acquisi-
mẽta fiant cõmuniter debebit res empta cõmunicari.l.actione.§.si in rem.ff.p
socio.ꝛ.l.societate.in fi.C.eo.titu.Aut nihil actum est ꝛ tunc efficiuntur ipsius
ementis nec tenetur ipsas res emptas cõicare sed bene pecunias.l.si vnus.§.
j.ff.pro socio.Aut loquimur in tacita societate sicut in casu mõ de quo in dicta
facti narratione fiat mentio:ꝛ tũc aut socij ipsi cõsueuerunt emptiones ꝛ eorũ
acquisimenta facere cõmuni noĩe:quia tunc etiã huius negociationis videre-
tur esse tacite societas cõtracta:ꝛ in hoc casu teneretur res de pecunia cõmuni
emptas etiam noĩe proprio cõmunicare per rationes ꝛ fundamẽta superius ta-
ctas:ꝛ ita etiam ponit Bar.in.d.§.altero.circa fi.ꝛ in.l.titiũ.ff.de admi.tut.vbi
enim per actus acquisitionuz factarũ cõmuni nomine. Et de pecunia cõmuni
cõprehenditur verisimiliter intentio ꝛ volũtas ipsorum fratrum fuisse qd em-
ptiones ꝛ acquisimẽta fierent in cõmuni ꝛ ad opus omniũ videtur in hoc etiã
tacite cõtracta societas per fundamenta ꝛ rõnes supra tactas.¶Et idem indi
candum est quẽadmodum iudicaretur in casu vbi sic expresse actũ esset inter
dictos fratres:quia scdm dicta dictorum doctorũ eiusdem effectus habet taci-
ta societas respectu horum in quib⁹ censetur esse tacite cõtracta/ sicut expressa
respectu horum de quib⁹ actum est:ꝛ quia vbi sic actuz reperitur inter partes
qd emptiones fiant noĩe cõmuni ꝛc.clarum est qd debet fieri cõmunicatio em-
ptorum de pecunia cõmuni per alterũ dictorum sociorũ est qd proprio nomine
emerit vt.s.dictũ est:ꝛ sic in tacita societate dicendũ est. Non enim licuit alte-
ri fratrũ dicto casu de pecunia cõmuni emere nomine proprio ꝯ naturã socie-
tatis predicte. Nec ex hoc fuit dissoluta saltim in preiudiciũ aliorum fratrum
13 iuxta.l.actione.§.diximus.ff.pro socio.ꝛ insti.eo.tit.§.sed plane.† Nec al's ser-
uaretur equalitas inter dictos fratres ꝛ socios.vbi qd vnus acquireret seruã-
do naturam ꝛ iura societatis esset cõmune ꝛ alius qui clam ꝛ ad partẽ emeret
noĩe proprio vellet sibi acquisita tali medio applicare:que tñ equalitas est ser-
uãda in societate nisi aliud sit dictũ ꝛ cõuentum.l.si nõ fuerint.in prin.ff.p so-
cio.insti.eo.§4.imo in casu predicto isto qd alter fratrum veniendo ꝯ naturaz
societatis predicte emeret nomine proprio vt dictũ est esto etiam qd diceret de
propriis pecunia emisse si hoc fecerit clam ꝛ ad partem ceteris fratrib⁹ ignorã-
tibus teneretur talem rem emptã cõmunicare ceteris eius fratrib⁹ ex vi ꝛ na-
tura societatis pdicte:sicut dicimus in alijs casib⁹ in quib⁹ alter sociorum facit
illud qd sibi nõ licet seruata natura societatis.Nã agitur ꝯ eũ ꝛ cõpellit actiõe
pro socio ad seruãdum ea que natura societatis exigebat.l.sed ꝛ soci⁹.in prin.ꝛ
d.l.actione.§.diximus.ꝛ.§.labeo.ꝛ sequenti.ꝛ quasi per discursum tituli.ff.pro
socio.Et propterea dicit Bal.in.d.l.patruus.in princ.ꝛ qd sunt plures fratres
socij ꝛ vnus clam curat possessionẽ p se ꝛ suis heredib⁹ qd nihilominus debet
possessionẽ cõmunicare ꝛ clandestina ꝛ dolosa emptio non dz sibi patrocinari:
quia nõ potuit clam et alio ignorante societatem dirimere:sed debuit renun-
ciare

tiare.ita qd perueniret ad noticiam sociorū vt.ff.l.actione.§.renunciare.⁊ propterea dicitur in.d.l.§.item si.qd si societas esset inita ad emendum aliquā rem et vnus socius solus voluerit dictam rem emere. ideo renunciauerit societati qd tenetur alteri socio quanti sua interest esto qd per dictam renunciationem esset societas finita ⁊ ita ibi cauetur expresse vbi autem non esset finita teneretur communicare vt.s. dictum est. Quibus vt dictum est premissis pro apertione.⁊ elucidatione materie de qua agitur ⁊ p̄suppositis restat ⁊ superest predictis quesitis singulariter singulis respondere.

14 ¶†Et primo ad tertium ⁊ vltimum dictorum quesitorum vnde vt plurimū cetera dependent vt.s.dictum est incipiendo respondetur qd presumēda est tacita societas inter dictos fratres fuisse contracta respectu omnium questuum lucrorum ⁊ damnorum quos ⁊ que sibi adinuicem cōmunicauerunt ⁊ etiā respectu ex communione ⁊ rerum per eos ad vtilitatem cōmunem emi ⁊ acquiri cōsuetarum quia per dictos actus sociales demonstratur verisimiliter ipsos fratres fraternaliter ⁊ socialiter viuere voluisse ⁊ per hoc societatem tacitam horum respectu cōtraxisse.per iura ⁊ ratiões supra tactas:⁊ in hoc etiā cōueniunt omnes doctores supra nominati Jac.de are.Ric.mal.Oldra.Bar.Bal.Saly.⁊ Jo.fab.insti.pro socio.circa prin.vbi adducit alia iura ⁊ fundamenta.Non autem censeri debet fuisse contracta inter eos societas omnium bonorum eo maxime quia frater natu maior habet vltra alios fratres mille libras turoñ.quas voluisse communicasse non est presumendum:etiam communis obseruantia non habet qd fratres stando ⁊ negociando simul videantur cōmunicare proprietates bonorum sibi ad partem ⁊ plus q̄ alijs pertinentium sed solū questus/lucra/et acquisimenta que obseruantia est in talibus attendenda.l.si seruus.§.fi.alleg.s.¶Modo si diceretur eos fuisse socios omnium bonorum oia et quecunq̄ eorum bona essent communia.l.j.§.j.ff.pro socio.⁊ si.Et quod non sint socij omnium bonorum facit bene.l.si fratres alias est.§.papinianus.cum duabus.ll.ff.pro socio.

15 ¶†Nunc redeundo ad primum quesitū vbi queritur si lucra ratione officij ⁊c. per dictum milonem habita veniant diuidenda inter dictos fratres ⁊c. respōdetur qd si dictus milo cōuenerit cōmunicare dictis eius fratribus lucra ipsa sicut ⁊ cetera lucra fuerunt.inter eos communicata: qd dicta lucra venient in diuisione fienda inter dictos fratres:quia etiam ad hec se extendet tacita societas:de qua supra inter dictos fratres presumpta per rationes supra in secūdo preeuidentiali allegatas.Et istud etiam in magna equitate fundatur: cōsiderato qd dictus frater prior natu habebat in bonis paternis vltra q̄ dictus milo mille francos pro quibus non recipiet amplius in lucro q̄ ceteri fratres: et extra rationem ⁊ bonam equitatem esset qd dictus milo haberet partē suam lucri etiam respectu dictorum mille francorum ⁊ qd in lucro habito respectu dicti officij ipse frater primogenitus nihil haberet:vnde propter equitatem seruandam presumenda est etiam tacite societatis contractio.Sed vbi dictus milo non consueuisset dicta lucra ratione officij sibi peruenta eius fratrib⁹ communicare:sed illa ad partem sibi retinere ⁊ ad suas particulares vtilitates cōuertere scientibus ⁊ non contradicentibus dictis eius alijs fratribus tunc cū nulla presumenda esset societas:tacite contracta respectu dicti officij ⁊ lucrorum inde prouenientium imo per appropriationem dictorum lucrorum satis resultaret non fuisse intentionis dictorum fratrum horum respectu aliquam fuisse inter eos societatem.per ea que.s.in.ij.preeuidentiali dicta sunt.

16 ¶†Secūdi quesiti responsio ex hoc dependet si inter dictos fratres fuerit tacita societas respectu emptionum et acquisimētorum factorum per dictos fra

tres: quia si sic dicendum est qd bona per dictum milonem ac quisita etiam nomine proprio veniunt communicanda per iura rationes et fundamenta in tertio preeuidentiali deducta. Si vero non fuerit societas inter ipsos respectu dictorũ acquisimentorum: tunc esto quod in alijs essent socij tunc in hoc casu non teneretur dictus milo bona per eum acquisita etiam de pecunia communi ceteris eius fratribus communicare. l. si vnus. §. j. ff. pro socio. S. allega. et ad hoc etiam bene facit. c. j. §. si duo de fratribus de nouo bene. inuesti. Attento quod non fuit socij omnium bonorum vt supra in dicto tertio preeuidentiali dictum est.
17 ¶ † Si autem inter dictos fratres fuerit tacita societas necne respectu acquisimentorum &c. Hoc presumendum est ex actibus super hoc factis: vbi enim fratres ipsi consueuerunt emptiones et acquisitiones facere ad communem vtilitatem omnium ipsorum fratrum presumenda est etiã super hoc tacita inter dictos fratres societas. ¶ Et si dictas emptiones facere consueuerint quilibet ad suam vtilitatem proprio nomine scientibus alijs fratribus et tolerantibus tunc nulla est presumenda horum respectu inter dictos fratres tacita societas: qua cessante bona acquisita non erunt communicanda et hec probantur per iura et dicta doctorum. S. in secundo preeuidentiali deducta.
18 ¶ † Ad tertium quesitum respectu prime partis in qua loquitur de acquisitionibus factis per dictũ milonem nomine proprio satis apparet ex supra deductis & allegatis responsio. Nã aut fuit tacita societas inter ipsos fratres respectu dictorum acquisimentorum & tunc veniunt bona acquisita per dictũ milonem communicanda ex vi & natura dicte societatis: ex quacunque pecunia fuerint bona acquisita quia dicta communicatio magis fit ex natura dicte societatis quam ex qualitate pecunie cõmunis aut non fuit tacita societas inter eos respectu dictorum acquisimentorum & tunc dicta bona per milonem acquisita nomine proprio non veniunt communicanda vt. S. prime dictũ est. tñ in hoc casu vbi acquisitiones essent facte ex lucris dicti officij: tunc si lucra ipsa essent communia iuxta. S. dicta teneretur rationẽ reddere ceteris eius fratribus de dictis lucris expositis in acquisitionibus ipsis: & etiam de interesse qd fratres ipsi passi essent: eo qd dicte pecunie non fuerunt conuerse ad communes vsus & communem vtilitatem, dictorum fratrũ vt. l. socium qui. in prin. & ponit gl. in. l. si vnus. §. j. ff. pro so. Si vero nõ erant communia sed propria dicti milonis puta quia tacita societas &c. non se extenderet ad dicta lucra officij: tunc nullam de lucris ipsis in acquisitionibus expositis teneretur ipse milo reddere rationem.
19 ¶ † Respectu autem scde partis dicti quesiti vbi fit mentio de acquisitis per dictum milonem nole eius vxoris vel liberorum &c. dicendum est qd in casu societatis tacite existẽtis inter dictos fratres etiã respectu emptionũ & acquisitionũ si dict9 milo acq̃sierit de lucris dicti officij nole iam dicto ignorantib9 alijs fratribus: & qd lucra ipsa essent communia qd ipse milo deberet

& teneretur acquisitiones ipsas ceteris eius fratribus communicare: non obstante quod eas fecisset sub nomine uxoris vel liberorum: quia in hoc censende essent nedum invalide sed etiam fraudulente et in fraudem dictorum eius fratrum facte ex duplici capite videlicet quia contra naturam tacite societatis predicte. Et quia ex pecunia communi & ita satis fraudulosa acquisitio nō debet dicto miloni patrocinari. iuxta ea que ponit Bald. in. d. l. si patruus. in prin. & narrata sunt. §. in tertio p̄cuidētali. & p iura ibi all. Et q̄ talis acq̄sitio debeat p̄sumi fraudulosa bene facit. l. si p̄curatorē. §. dolo aūt. ff. mā. ❡ Et q̄ teneatur dictas res communicare: probatur: quia non obstante q̄ emerit nomine uxoris vel liberorum: fuit tamen in eius potestate: quia dicta emptio sapit vim donationis. l. si sponsus. §. certa venditio. & l. quod autem. §. eleganter. ff. de donationi. inter virum & uxorem. donatio autem de marito in uxorem: et de patre in filium in potestate constitutum est de iure prohibita et invalida vt iuribus vulgatis. Postq̄ ergo sunt in eius potestate tenetur iuxta naturam societatis illas communicare: alias dolose et fraudulenter ageret: vt dicta. l. si procuratorem. §. sed et si servus. ibi sed et si restituas idest restituendi facultatem habeas tradere debes. ff. mandati. & l. plane. ff. depositi. vbi autē inter dictos fratres non esset tacita societas supradicta non tenerer̄ res ipsas per eum acquisitas nomine uxoris vel liberorum ceteris eius fratribus communicare: sed solum de pecunijs in ipsis acquisitionibus implicatis vbi essent communes rationem facere cum interesse: vt. §. dictum est.

20 ❡ † Quartum quesitum nullum habet dubium respectu pecuniarum communium nec etiam lucrorum dicti officij vbi essent communia iuxta theoricam supradictam: quia clarum et expeditum est in omni casu quod dictus milo si fratres eius non possint: aut esto quod possent si nolint habere res acquisitas per ipsum Milonem in communi: nec illas communicari quod teneā ipse milo rationem facere dictis eius fratribus de dicta pecunia communi cum interesse rationabili: vt. l. socium. in principio. et nota. in. l. si vnus. §. primo. ff. pro socio. §. allega. et dicta. l. si patruus. Si autem lucra officij non essent communia sed propria dicti milonis prout supra dictum est: de eisdem rationem dictis eius fratribus facere non teneretur.

21 ❡ † Quo vero ad quintum quesitum quod presumendum sit et iudicandum circa pecunias quas ipse Milo assereret mutuo recepisse: ex quibus acquisiuit dicta bona &c. Uidere meo non potest certa dari responsio nisi latius exprimerentur conjecture: indicia: et circunstantie: que hincinde pro et contra facere possent: et presertim pro dicto milone. Ex quibus circunstantijs: indicijs: & conjecturis pro et contra facientibus expressatis esset arbitrio iudicis ponderandum que prevalerent: et pro illis esset iudicandum. l. si qui adulterij. C. de adulterijs. et capitulo illud quodq̄. cum capitulis sequentibus quasi vsq̄ ad finem eiusdē tituli. et ita etiam ponunt canoniste Inno. Hosti. Joan. and. Henricus bohic. in capitu. primo eodem titu. et latius per ipsum Henric. bohic. de materia presumptionum in. c. is qui. de sponsa. Attento quod in casu dicti quesiti quid sit presumendum non arbitror esse in iure expresse decisum propter quod recurrendum erit ad circunstantias & conjecturas verisimiles & probabiles pro & contra facientes: sine quibus & ipsis aliter non expressatis vlterius scribere esset sub incerto vagari.

❡ Summarium.

1 ☞ Delegati ab ordinario an possint eorum sententias executioni demandare.

2 Delegatus ordinarij potest eius sententiam exequi.

3 Delegatus a principe suā potest exequi sententiam.

¶Consilium.xxi.

Placeat huic magnifico dalphi.parlamēto aduertere: circa exequutionē sentētie late super prioratu ⁊c. q̄d † q̄q̄ fuit et fuerint opiniões vtrum de
1 legati ab ordinario [a] possint eorum sententias
a exequutioni demandare. Nam lauren. vincen. goffredus.philippus bona guida.⁊ hosti.in.c.si quis contra clericum.extra de foro compe.⁊ Innoc.in.c.significasti.extra de offi.deleg.⁊ in.c.innotuit.de arbitris.⁊ Bazianus.⁊ lauren. in.c.quisquis.ij.q.vi.tenent q̄ tales delegati ab ordinario nō possint exequi per.l.a diuo pio.ff.de re iudi.quos sequuntur petrus de san.⁊ abbas in dicto.c.significasti.extra de offi.dele.qui notāt quatuor specialiā in delegato principis que non sunt in delegato ab ordinario inter que est q̄ delegatus ab ordinario non potest sententiam suam exequi:licet delegatus a principe sit.Idē etiā tenet Spe.q̄d delegatus ab ordinario non possit eius sententiam exequi in tit.de offi.deleg.§.fi.in fi.⁊ in titu.de sentētie exequutione.§.ij.in principi.

a ¶Delegatus ab ordinario.si delegatus ab ordinario possit suam sniam exeq̄. vide in sing. meis.folio. lxiij.verso.

2 ¶†Sed contrarium q̄d immo delegatus ab ordinario possit eius sententiam exequi.tenet Goffredus in.c.ex literis.extra de officio delega.⁊ Innocentius in capitulo cum ecclesiarum.extra de offici.ordi.⁊ ibi hoc tenet glo.fina.et Joan.an.⁊ Bernardus.⁊ Joan.an idē.tenent in.c.si quis contra.supra alleg.⁊ archi.in.c.quisquis.ij.questio.vi.Et hāc tanq̄ de iure veriorē sequitur Henri.bohic in.c.significasti.extra de offic.deleg.hac ratione.Nā exequutio sententie ⁊ missio in possessionem sunt delegabilia sicut alia que sunt meri et mixti imperij.extra de offi.delega.c.quod sedem.vbi hoc not.glos.in.c.peruenit.xxv.distin.⁊ Specu.in titu.de iurisditione omnium iudicum circa medium.⁊ Innocē.in.c.dilecto.extra de verborū significatio. Sed ordinarius committendo vices suas simpliciter censetur etiam executionem commisisse nisi eam sibi specialiter reseruarunt in.c.si delegatus.§.fi.extra de offi.deleg.lib.vi.⁊ in ca.venerabilium.eodem titu.in antiquis ⁊ quia contra eum talis interpretatio est fienda quod in totum commiserit cū apertius legem dicere potuisset in.c.contra eum.de reg.iur.lib.vi.et ista videtur verior opinio de iure secundum Henri.bohic.vbi.s.

3 ¶†Et q̄q̄ videatur aliqua dubitatio i delegato ab ordinario vt.s.dixi:tamen in delegato a principe vbi nō est terminus certus statutus cōmissario sed indistincte cum committitur absq̄ reseruatione exequutionis non est dubium quin talis a principe delegatus possit suam sentētiam exequi.vt de hoc est tex.in.c.significasti.⁊ in.c.in literis.⁊ in.c.pastoralis.§.quia vero.extra de offi.delega.¶Dummodo infra annū eam mādet exequutioni in.c.querēti.extra de offi.deleg.⁊ ita etiam tenet bar.in dicta.l.a diuo pio.

¶Summarium.

1 ☞Substitutio facta cum clausula si sine liberis decesserit q̄n et in quibus locū habeat.⁊ nu.seq.

4 Clausula si sine liberis decesserit qualiter intelligi possit.
5 Liberi an sint substituti vel instituti per clausulam si sine liberis decesserit.
6 Substitutus vigore cuiuscunq̧ substitutionis ad fideicōmissi petitionem non admittitur.
7 Femie ex significatiōe ꝓprijssima appellatiōe liberoꝝ ꝯveniūt.

¶ Consilium.xxij.

VIso casu premisso sufficienterq̧ inspectis et cognitis omnib⁹ ꝛ singulis clausulis tā īstitutionū q̄ substōnū habēdū in testō. primo quondā dn̄i Raymūdi de mōte albano. Et subsequenter dn̄i quōdā Aymardi filij sui: et deinde dn̄i Raymūdi de monte albano eiusdē quōdā dn̄i aymardi filij diuerso mō facturis ꝛ descripturis necnō emācipationē dudū p̄ dictū dn̄i Aymardi de et in ꝑsona dicti dn̄i Raymūdi ei⁹ filij facta ac etiā donatione pro euidētiori solutione ac etiā clariori r̄nsiōe ad dubia. p̄mo p̄mittētur casus īdubitati: successiue ꝓo subijciēte casus dubitabiles vna cū solutiōib⁹ ac r̄nsiōib⁹ ꝓut
1 de iure videbit̄ dicēdū. ¶ † Est eñ certū q̄ substō p̄ dictū dn̄m raymūdi p̄mo facta: casu q̄ dict⁹ raymūd⁹ p̄ ip̄m īstitut⁹ decederet, absq̧ liberis: aut ei⁹ liberi absq̧ liberis ī personā raymūdeti filij raymūdi de mōte albano p̄mo loco substō locū hr̄e nō pōt clarū est eñ q̄ respectu ipsi⁹ aymardi locū sibi nō vēdicat ipsa substō: q̄ relictis liberis mortu⁹ ē: p̄sertim p̄fato raymūdo filio suo qđ sufficit ad exclusionē substituti p̄.l.nō est sine liberis.ff.
2 de ver.sig.ꝛ.l.j.C.de cōditio.īcertis. ¶ † Nō h̄z ēt locū ipsa substō respectu liberorū dicti aymardi ex eo q̄ dict⁹ raymūdetus substitut⁹ decesserit viuēte p̄fato raymūdo filio dicti aymardi: ꝛ sic q̄ ad hmōi ꝑsonas ipsa substō fuit ꝛ est caduca p̄.l.vnicā.§.
3 si sub cōditiōe.C.de caduc.tollēdis. ¶ † Viso ergo q̄ dicta substō in ꝑsonā dicti dn̄i raymūdeti nullatenus locū habere pōt: vidēdū est an ipsius raymundeti liberi masculi videlicet alziarius superstes ꝛ raymūd⁹ ex ysuardo p̄mortuo relict⁹ nepos possint et debeāt admitti vel ipsi ambo vel eorū alter ad p̄dictā substitutionē. Et certe dicēdū v̄r q̄ nec ipsi ambo nec eoꝝ alter ad p̄dictā substitutionē admitti pn̄t: nec ex ꝑsona dicti raymūdeti patris ipsi⁹ alziarij auiq̧ predicti raymūdi: nec ex ꝑsona ꝓpria seu iure eorū ꝓprio. ¶ Qđ ex ꝑsona dicti raymūdeti nō admittant̄: certū est p̄ dictū § si sub cōditōe. ꝛ p̄.l.substō.ff.de acq̄r.re.do. ꝛ p̄.l.vnicā. cū ibi not.C.de his q̄ añ apertas tabulas. ¶ Qđ aūt ex ꝑsona ꝓpria seu iure ꝓprio nō admittant̄ ad dictā substitutionē seu fideicōmissum: nec ipsi ambo nec eoꝝ alter ꝓbat̄ clarissime. Nā hmōi liberi ī nullo casu vel euētu reperiunt̄ dispositione fuisse substituti p̄fatis aymardo aut ei⁹ liberis: q̄uis de ipsis ī vnū casū seu euētū infra declarādū fuerit narratiue ꝛ ꝯditionaliter facta mētio nō tñ v̄r ipsos ꝓpterea posse aut de-
4 bere admitti in hmōi fideicōmissi petitione. ¶ †. Propter qđ sciēdum est qđ qñ aliq̄s testator disponit inter suos filios illos instituendo vel substituēdo adiecta conditione si cōtingat ꝛc.
a decedere sine liberis[a] vel absq̧ liberis aut etiā nullis liberis

a ¶ Sine liberis ꝛc. de hac materia vide que scripsi in decis. gla. q.xxxix.

relictis ⁊c. inter doctores est magna questio et altercatio an per talia verba narratiue et cõditionaliter prolata videantur liberi instituti vel substituti: longe et multo maior est ⁊ esse dz quando quis testat̃ inter extraneos adiecta dicta conditione.
5 ¶ †In primo enim casu quando quis disponit inter filios [a] cũ
a adiectione dicte conditionis [b] tenet dominus Bart. qđ liberi
b quorum conditionaliter facta extitit mentio non videntur per talia verba substitui seu ex testamento vocari: sed duntaxat ab intestato: prout ipse post glo. no. in. l. lucius. la. ij. ff. de heredibus insti. licet Albericus de rosate et Salycetus in. l. j. C. de condi. insertis. et idem albericus in. l. precibus. C. de impu. et alijs substitu. ac Baldus in. l. vna. C. de caducis tollendis. teneant contrarium quando quis disponit etiam inter suos liberos eos instituendo: vel substituendo. Quo casu etiam si dicta conditio non exprimeretur per testatorẽ: tamen per legẽ subintelligeretur per. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. ⁊ l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. ⁊ substitu. sub condit. factis. Quis vero in casu nostro dictus raymundus primus substitutus cum adiectione si decederet nullis liberis sibi relictis ⁊c. erat dicto quondam raymundo primo testatori extraneus: vel saltim posito qđ esset de eius genere vel cognomine aut agnatione seu sanguine: non tamen erat eius filius aut nepos ⁊ per consequens videretur per no. in locis preallegatis per dictos doctores qđ per adiectionẽ dicte conditionis si cõtingat ipsum decedere nullis sibi relictis liberis ⁊c. nõ videantur ipsi liberi substituti nisi aliter dispositiue reperientur substituti qđ non videtur reperiri. Preterea posito quod dicta verba conditionaliter ac narratiue modo premisso prolata al's haberent vim dispositionis et possent ex testamento vocari: tamen in casu nostro non admitterentur. Non tunc propter defectum potestatis verborum si verba hoc possent: quia nos sumus in casu et euentu in quo cessaret expressa dispositio liberorum etiam si facta fuisset: attentis et diligenter notatis verbis testamenti dicti quondam domini raymundi primi testatoris. voluit enim et ordinauit quod si contingeret dictum raymundetũ de mõte albano substitutum esse: scilicet et locum esse substitutum seu ipsius hereditatem accipere: ipsumq; decedere nullis sibi relictis liberis vel libero masculo vel masculis a suo corpore legitime procreatis: eo casu dicto raymundeto substituit nobilem guigonem archaudi si vixerit al's liberos ipsius masculos. vnde cum dictus raymundus primus testator in toto suo testamento nullam mentionem fecerit de liberis dicti raymundi nisi in prima dũtaxat clausula substitutionis: ipsa iñ clausula continuando ⁊ coniungendo eam cum immediate precedenti loquatur et intelligatur in casu et euẽtu quo dictus Raymũdetus vigore substitutionis hereditatẽ ⁊ successionẽ habuisset ⁊ recepisset: quã vero nõ habuit nec habere potuit. causis ⁊ rõnibus. s. alleg. Sequit̃ per cõsequẽs q̃ posito q̃ eo casu fuisset expressa dispositio ac substõ q̃ ad liberos dicti raymũdeti. q̃ deficiẽte ⁊ cessante illo casu cessaret illa dispositio. vñ cũ in hoc sit

a ¶ Inter filios actu3. quia Bar. ⁊ seq̃ces intelligunt q̃ nõ veniũt liberi ex testõ siue iter liberos. siue iter extraneos quis testet̃.
b ¶ Tenet dñs bar. hec opinio bar. est cõis opinio ⁊ seruat̃ in iudicãdo in curia plamẽti dalph. vt ple. scripsi in deci. gla. q. xxxix. ⁊ infra cõsl. xxvij.

clarissima testatoris voluntas ac etiam iuris dispositio illa servanda est per.l. cum questio in fi.C.de legat.et.l.j.C.de sacrosanct.eccles. Et ideo non est nullum insistendum.

¶ †Et per ista et eadem motiva dicendum est quod dictus Guigo secundo loco substitutus vigore cuiuscunque substitutionis ad nullam fideicommissi petitionem admitti potest: cum ipse decesserit viventibus dictis aymardo et raymundo: et sic substitutio quo ad eum est et fuit caduca per iura et rationes supe rius quo ad raymundetum allegatas. Eius etiam guigonis liberi quanquam fuerint dispositive in certo casu et evento substituti admitti non possunt: quia ille casus non evenit imo deficit. ¶ Clarum est enim per verba dicti testamenti prefati domini raymundeti primi testatoris quod ipse testator voluit. Et si dictus raymundus esset substitutus et hereditatem iure substitutionis habe ret et postea moreretur nullis sibi relictis liberis &c. quod ipsi raymundo eo casu substituebat dictum Guigonem si viveret aut liberos masculos ipsius. Quia igitur dictus raymundetus non fuit substitutus seu hereditatem non recepit iure substitutionis imo predecessit relictis liberis masculis: ut supra dictum est. sequitur per consequens clarissime quod liberi ipsius Guigonis nullo modo admitti possunt. Bene verum est quod dictus Guigo admitteretur si viveret ad dicti fideicommissi petitionem: casu quo dictus aymardus esset mortuus sine liberis: aut eius liberi absque liberis: ex quo dictus raymundetus hereditatem iure substitutionis non recepit: quia in illo casu et eventu ipse Guigo fuit substitutus eius tamen liberi eodem casu admitti non possunt: quia illo casu substituti non fuerunt: sed dumtaxat in casu et eventu predicti. Et cum ille casus non evenerit cessat per consequens substitutio eis facta per predicta. Et procedunt indubitanter de iure omnia premissa: cum enim dictus testator in pluribus casibus que evenire aut etiam deficere poterant sibi et suis liberis ac liberorum liberis providerit in his merito debeat servari eius voluntas. ¶ In aliis tamen casibus in quibus non providit et quos omisit qui respiciunt non personam eius cui facta est substitutio sed personam substituti nulla fiet extensio: imo illi remanebunt sub dispositione iuris communis iuxta no. per Bar. in.l.gallus.in princi. et in.l.comodissime.ff.de libe. et posthu. et l.si cum dotem.in prin.ff.solu.matri.

¶ Postquam igitur premisse substitutiones in personas dictorum Raymundi et Guigonis successive substitute: et liberis eorundem locum habere seu vendicare sibi non possunt per iura et rationes pretactas. Si queratur quis ergo in huiusmodi bonis et hereditate succedet seu succedere debeat. Videtur salvo saniori consilio quod secundum tenorem et rigorem verborum testamenti dicti domini raymundi primi testatoris: margareta filia dicti quondam aymardi succedere debeat. voluit enim dictus testator quod si contingeret dictum aymardum mori nullis sibi relictis liberis a suo corpore legitime procreatis vel liberum aut liberos dicti nobilis a suo corpore legitime procreatis premoreretur &c. quandocunque sine liberis ab eorum corpore legitime procreatis: eo casu eisdem substituebat dictis Raymundetum &c.

7 ¶ †Clarissimum est autem quod appellatione liberorum presertim ubi agitur de odio irrationabili et favore ampliando femine ex propriissima significatione continentur. iuxta.l.si quis filiabus.ff.de testamen.tut. et no. in.l.j. et.l.liberorum.ff.de verbo.significatio. quia igitur ut dictum est dictus aymardus decessit relicta dicta filia que adhuc vivit quod iuxta verba premissa verba recipiendo illa ad litteram: ac etiam per mentem testatoris admitti debeat ad bona dicti testatoris. et ita videtur mihi de iure procedere.

¶Summarium.

1 Pactum donationi facte in premiũ emancipationis adiectum an valeat.
2 Pactum in iudicio factum eius calore vestitur.
3 Calor iudicij quid operetur.
4 Iuramentũ vestit malum pactum.
5 Pactum donationi facte in emancipationis premium tolli potest.
6 Hereditas auferri nequit per contractum donationis.
7 Beneficium per collationem dicitur debitũ.
8 Absenti non queritur ius in re sibi donata ante ratificationẽ.
9 Donatio inter patrem et filium consistere nequit si non morte confirmetur.
10 Insinuatio ad quid inuenta fuerit: et coram quo iudice fieri debeat.
11 Insinuatio qualiter fiat.
12 Iuramentum non valet nisi insinuatio probaretur.
13 Insinuatio in cuius fauorem inducta fuerit.
14 Pactum de futura successione non valet.
15 Pactum in contractu donationis in premium emancipatiõis valet si approbetur ꝛ conseruetur.
16 Donatio inofficiosa reuocari debet.
17 Pactum quod non venit in notitiam eius cuius interest reuocari potest.
18 Donatio facta absenti quando valeat.
19 Regula exemplis non restringitur.
20 Facta coram iudice sciri presumuntur.
21 Spes substitutionis ad suos non transmittitur.
22 Uoluntas testatoris est preferenda verbis.
23 Extensio in odiosis non extendenda.

¶Consilium.xxiij.

1 Viso facto vt ponitur primo est videndum † an pactum appositum in donatione facta in premiũ emancipationis ipsi raymundo fratri dicte domine margarete: vigore cuius ipsa agit: valeat ꝛ teneat et sit efficax ad agendum ꝛ obtinendum. ¶Et videtur primo quod sic: quia ius fuit quesitum dicte margarete ex pacto apposito in ipsa donatione iuramento vallato et actio dicte margarete competit: vt est text.
a cum gl. in. c. quotiens cordis oculus. j. q. vij. in. l. quotiens.[a] C. de do. que sub modo. ¶Et ei per patrem potuit actio queri vt dicit gl. in. §. si quis. insti. de inutilibus stipu. ꝛ tex. in. l. quodcũq3. §. j. et ponit Bar. in. l. qd dicitur. ff. de verb. oblig. ¶Et sic ex quo sibi competit actio sibi non potuit sine facto suo auferri in regula iuris id qd nostrũ. ff. de reg. iur. pro quo. l. post mortẽ. §. fi. ff. de contra. tabulas. faciũt no. in. l. petende. C. de tẽpo. resti. in integrũ petẽde. pro quo facit tex. in. l. fi. ff. de pactis.
2 ¶† Itẽ aduertẽdũ qd dictũ pactũ fuit factũ corã iudice cõpetẽti in actu ipsi[9] emãcipationis: ꝛ oim incidẽtiũ emergẽtiũ ꝛ cõnexorũ eiusdẽ. Et propterea dicit Bal. in repetitiõe. §. qui pro-

a ¶ l. quotiẽs. de materia isti[9]. l: vide que dixi. 3. cõsi. xij.

uocauit ff. de pac. quod ipse audiuit bina vice, Bar. firmãtem qd pactum nudum in iudicio factũ ei⁹ calore intelligitur vesti tum per. l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideius. tuto.

¶ † Et pro hoc adduco plura. Primo arguo sic: iudicij calor facit qd renũciatio iuris futuri in eo facta valida est: vt no. gl. in l. cũ pr. de cura. bo. dãdo. ⁊ in. l. in plurib. ff. de acq. here. lz si nõ corã iudice fiat ius futurũ simplici renũciatiõe tolli nõ possit. l. si ita. §. si sub cõditiõe. ff. de leg. ij. ⁊ l. j. §. qd ait pretor. la. ij. ff. quorũ legatoꝝ. ergo a paritate rõnis in pacto nudo suppleri dꝫ vestimẽtũ aliqd iudicis põtia. Itẽ pro his facit gl. in. l. eũ ꝑ quo. ff. de in ius vocã. voleñs ex pacto iudiciario vtilẽ actionẽ acquiri parti in cuius fauorẽ fit. ¶ † Preterea qd iurm vestiat pactũ nudũ [a] facit. l si qs maior. C. de trãsac. referendo verba lre. ibi verũ actiõe priuat⁹ ⁊c. tã ad pacta q̃ ad trãsactionem: qd fieri dꝫ: qr vbi vnũ determinãs adijcit pluribꝫ determinabilib⁹ dꝫ ea pariter ⁊ vniformiter determinare. l. in testã. C. de test. mili. et. l. nã hoc iure. ff. de vul. ⁊ pup. dicit em ter. ibi qd veniẽs contra pacta iurata infamiã incurrit ⁊ actiõe priuat. Et intelligit priuat actiõe ex pacto orta. si aũt orta nõ esset nõ haberet locũ priuatio in l. decẽ. ff. de v̄b. ob. ⁊ sic ibi vr casus qd ex pacto nudo vallato iurõ orit actio. ⁊ hoc tꝫ Anto. de but. in. c. cũ cõtigat. de iureiurã. ¶ Itẽ vr qd illud pactũ valeat ⁊ teneat: cũ ꝑ pactũ hereditas post mortẽ dari possit. l. j. C. vt actiões ab herede. ⁊ q̃ ab here. inci. de quo per gl. in. l. fi. C. de pactis. ¶ Itẽ nõ potest quis mutare consiliũ in alterius detrimentũ. in. c. mutare. de reg. iur. lib. vj. ⁊ hoc est de iure cõmuni: ⁊ si inuenitur contrarium hoc est speciale vt dicit glo. in. c. qd sede. de reg. iur. li. vj.

5 et hoc etiã dicit gl. in. d. c. mutare. ¶ † In cõtrariũ facit ⁊ vr qd possit tolli ⁊ reuocari dictũ pactũ per ipsos Aymardũ ⁊ Ray. vt dicta bona donata alijs per supremũ iudiciũ dãdo ⁊ cõferẽdo. Et hoc probat sic: qm per dictũ pactũ de quo. s. ipsi margarete nõ fuit quesitũ ius in re sed ad rem vt dicit Inn. in. c. dilectus. de offi. deleg. ius ad rẽ quesitũ põt reuocari vt in. c. fi. de cõcess. prebẽ. ⁊ in. c. si is cui. ⁊. c. seq. de prebẽ. Nã qr per pactum ius ad rem ipsi margarete fuit quesitũ vt in. c. si postq̃. de prebẽ. li. vj. ⁊ sic reuocari potuit. l. si qs hac lege. ff. de seruis expor tãdis. ⁊ hoc vr tenere Bar. in. l. q̃ rome. §. flauius hermes. ff. de verb. obli. ¶ Itẽ in illo pacto fuit dictũ qd si cõtingeret ipsos cõtrahẽtes mori sine liberis ex eoꝝ corporib⁹ procreatis qd oĩa bona remaneãt ⁊ pertineãt ad margaretã ⁊ alias filias nõ religiosas, et ita supremũ iudiciũ videt in filiab⁹ cõtulisse. ter. in l. tale pactũ. §. pater. ff. de pac. ⁊ ita reuocari potuit hoc pactũ

6 l. j. C. de sacrosanc. eccle. in. l. iiij. ff. de adi. lega. ¶ † Item per cõtractum donationis non potest dari aut auferri hereditas. C. de pac. conuen. l. hereditas. ⁊ in. l. fi. ff. de suis ⁊ legiti. here. ⁊. l. pactum qd dotali. C. de colla. et. l. si quãdo. §. illud. C. de inoffi. testamẽ. ⁊ ita qr nihil valet non potest prestare impedimentũ quominus potuerit reuocari in regula iuris non prestet impedimentum. de reg. iur. lib. vj. ¶ Nec iuramentum illud pactũ nudum potest vestire cũ speciale sit in liberto qd in eius pro-

[a] ¶ Uestiat pctm nudũ. iuramentũ vestit pactũ nudũ. vide etiã. s. in cõsilio. xvij.

missione vestiat.no.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiussorib⁹:ergo in contrarium est ius commune. Et hoc ibi tenet Bart.et Cal. in l.j.C.de operis liberto. et in auth.sacrameta.C.si adversus vendi.et in.l.cum ante ea.C.de arbi. ¶Item fortius dictum pactu videtur postea reuocari quoniam in dicto pacto fit mentio mortis: et sic est donatio causa mortis.l.seya.§.fina.et ibi Barto.et doct.ff.de dona.causa mortis.et in.l.seya.ff.de dote prelega.et ibi glos.et ita possit reuocari cum donatio causa mortis reuocabilis sit.l.marcellus.§.fina.et.l.si debitori in fin.ff.de donatio.causa mortis.et.l.fi.C.eodem titu.

7 ¶†Est sciendum quod lappus dicit in capitulo si tibi absenti.de preben.lib.vj.quod licet per collationem non dicatur beneficium meum per collationem: tamen dicitur debitum. not. in.c.auditis.de rescript.in cle. pro quo.c.fina. de concessione preben.libro.vj.et ita per collationem et per pactum acquiritur ius ad rem et debitum dicitur quod in pacto deuenit.

8 ¶†Item dicit tex.in.c.si tibi absenti.de preben.libro.vj.quod licet non acquiritur absenti ius in re donec ratu habuerit aut acceptauerit: attamen interim donans nihil poterit facere in contrarium: puta alteri dando aut conferendo donec ille cui collatum est consenserit aut dissenserit. Et si quid in contrarium fiat puta quod alteri donet est nullum. Barto. autem aliter dicit in.l.absenti.ff.de dona.et latius Angelus auth. in.l.si cum fundum venderes.ff.de pac. dicit quod quando pactum nudum apponitur circa contractum bonefidei vt in nostro casu in contractu donatoris et tunc non potest reuocari quia sapit eius naturam alleg l.vero procuratori.et.l.aliud.ff. de solu.que bene faciunt. ¶Glo.vero in.l.si quis hac lege.ff.de seruis exportandis.dicit quod aut pactum est factum in fauorem illius qui paciscitur duntaxat: et tunc potest reuocari aut in fauorem tertij vt in casu nostro et tunc non potest reuocari.et ita etiam dicit Cy.in.l.prefectus.C.si manci.ita fuerit aliena.et dictam glo.tenet ibi Ja.de butri. Et propterea dico: quod istud pactum fuit vestitum per coherentiam contractus bone fidei iuxta gl.in.l.iurisgentium.§.quinimo.ff.de pactis.et ita actionem parit. ¶Item per iuramentum fuit factum irrationabile licet sui natura alias fuisset reuocabile: iuxta glo.in.l.si pecuniam.ff.de condi.ob causam.vbi contractus innominatus sui natura reuocabilis propter iurm est irreuocabilis.et sic si donatio cam mortis sui natura eet reuocabilis tn propter iurm efficit irreuocabilis propter aditu: vt.l.vbi ita donat.ff.de dona.ca mortis.et ita dictu Bar.in.l.q rome.§.flaui⁹ hermes.no hz locu vbi

9 iurm interuenerit. ¶†Et si forte diceret qd dictu pactu no valuit cu donatio iter prez et filiu[a] consistere no possit nisi morte confirmet et traditio rei interueniat in.l.ij.cu gl.de inoff.dona.et hoc tex.impossibilitate vt.l.donatoes cu gl.C.de dona.inter viru et vxo.ad hoc rndeo et dico qd iter patre et filiu obligatio naturalis contrahit vt no.gl.in.l.frater a fratre.ff.de condi.inde. Nec illa lz contrahat ex re pfecticia: qn eni cu ipso patre contrahit acquirit patri: lz qn filius cu alis contraheret bn fm Bar.et Ang.in.l.si quis pro

a ¶Donatio iter prez et filium. Hic.j. qd iuramentu firmat donatio. inter patre et filiu etc.ab morte a pris de quo etia dixi i de cislōib⁹ plamenti.qone xlvj.

¶ Quid dicendum ego dico quod licet ipse frater potuerit illam medietatem acquirere a dicto suo fratre inconsulto domino et sic ex illo capite non ceciderit in commissum: vt dicit Barto. in dicto. §. duo fratres. argu. dicti. §. preterea ducatus. tamen ipsa medietas domus cecidit in commissum ex alio capite qꝫ ipse frater accepit possessionem realem dicte medietatis domus absq; consensu dicti domini directi et poterit ipse dominus directus agere ad commissum dicte medietatis domus. ¶ Sicut in simili videmus quod licet res emphiteoticaria possit donari inconsulto domino directo secundum glo. et Odof. in dicta. l. fina. C. de iure emphiteo. idem tenet glos. Joan. andr. Innocen. Hostien. Hen. Bohic. et Francis. de zabarellis in. c. potuit de locato. idem Bartol. in. l. prima. C. de fund. patri. lib. decimo. et plene scripsi in decisionibus parlamenti. questio. xlvj. tamen donatarius non potest accipere possessionem sine licen-

tia dñi directi & si contrarium faciat res ex illo capite cadit in commissum vt dicit Salx.in.d.l.fi.C. de iur.emphyt. & plenius dixi in dicta questione.xlvi. ¶ Videt ergo cõcludendũ q si dictus frater nolit laudimia soluere de dicta medietate domus per eũ a dicto suo fratre medio pdicto acquisita q detur contra eum libellus commissi.ita videtur mihi.

¶ Summarium.xlvii.

1 ☞ Appellari qñ possit ab ordinatione curie inferioris.
2 Appellatio quare nulla dici possit.
3 Appellatio an possit dici deserta per lapsum fatalium.
4 Lapsus fatalium primam sententiam ratificat.
5 Sententia post desertionem lata est nulla.
6 Hypotheca et alia iura pretensa quando sententie executionem impediant.
7 Mulier quando dotem cõstante matrimonio repetere possit.
8 Executio ante condemnationem fieri nequit.

¶ Consilium.xlvii.

Circa diffinitionem pcessus cause appellationis aduocate a curia superioritatis Vienne ad hanc venerabilem curiam parlamenti dalphi. & vertẽtis inter pcuratorem anniuersariorũ ecclesie viẽneñ. Et guillemetaz gayne vxorẽ petri chinalleti temere appellantes ex vna parte. Et iaquemetum ac antoniũ de preyssino fratres appellatos ex altera videntur sequentia consideranda & in iure examinanda. Pro declaratiõe iuris & intentionis dictorum de preyssino appellatorum. ¶ Primo si dicti appellantes potuerunt iuridice appellare ab ordinatione facta per iudicem curie secularis Vienne qui ordinauit executionem sñie in pcessu inserte incohatam in bonis dicti petri chinalleti fore pficiendam & complendam. ¶ Secundo si potuerint iuridice appellare si eorum appellatio sit nulla & inualida: q2 non appellauerunt in scriptis sed viua voce. ¶ Tertio si lapsu fatalium dicta appellatio dici & pronuntiari debeat deserta. ¶ Quarto respectu facti principalis si hypothece per dictos appellantes coram iudice a quo allegate debuerint de iure impedire dictam executionem sententie de qua in dicta ordinatione a quo fit mentio.

1 ¶ †Circa primum quesitum potest dici q a dicta ordinatione non potuit neq debuit iuridice appellari. Duplici consideratione. Primo quia a iudice qui pnuntiat super executione sententie cum talis pnuntiatio sit pars executionis non

a potest a tali pnuntiatione[a] appellari vt dicit Specu.in ti.de executione sñie.in §.breuiter.v.sed ẽm eũ &c. Maxime q2 ipse iudex a quo non excedebat modum sñie quam ordinabat exequi.pro quo.l.ab executore.in princi.C.quorum ap. Et q ipse iudex non excederet modum dicte sñie declarabitur infra circa quartum & vltimũ quesitũ. Alia etiã 9sideratione nõ potuit iuridice a dicta ordinatione appellari: q2 dñs noster rex dalphiñ.dũ resideret in hac patria inter cetera statuta & ordinationes p eum factas.M.cccclix.& die scda mẽsis maii statuit et

a ¶ A tali pnuntiatiõe. glos.in.l.ab executore. ff.de ap.sup vbo ab executore.dicit quod potest appellari a pnũtiatiõe exeqndo idẽ sequit bar.i l.si cuz exceptiõe.§.hec aũt actio.ff. qd met.cã.

ordinauit quod ab ordinationibus & sententijs interlocutorijs non appelletur: quod statutum est registratum in camera consilij in libro statutorum. Se d dicta ordinatio a quo extitit ex aduerso appellatum est interlocutoria vt in sequenti quesito declarabo. Et ita etiam sonat verba ordinationis a qua. ibi. pronunciamus et ordinamus igitur &c.

2 ¶ † Ad secundum quesitum dico quod dicta appellatio partis aduerse fuit & est nulla: ac inualida. Cum dicta ordinatio ex qua extitit appellatum fuerit & sit interlocutoria & non diffinitiua sententia patet quia omnis pronunciatio & sententia lata in executionem sententie diffinitiue vt in casu de quo agitur est interlocutoria vt voluit dicere Pe. Ja. in ti. de actione in factum. ex re iudi. in. §. sed quid erit preses vel alter index. l. ex tunc &c. in fine. ibi. licet secus sit in casu quo appellatur a diffinitiua &c. Et videtur hoc idem sentire Bar. in. l. ij. de appel. recipiendis et faciunt not. per Bart. in. l. ab executore. in. j col. ff. de appel. vbi dicit etiam quod inferenda est causa quando appellatur super executione sententie & ita est interlocutoria per eius no. per eum in. l. ij. & l. eius. ff. de appel. Et quod sit interlocutoria tenet Bal. in. l. ab executore. C. quorum appella. non rect. et est bona ratio: quia quod sententia exequatur non diffinit principalem articulum: sed eius exequutionem. & ad hoc faciunt que dicit Spec. in ti. de sen. §. species versus. & versi. diffinitiua. vbi dicit quod diffinitiua est que diffinit principalem questionem et debet continere condemnationem vel absolutionem. ¶ Ideo si a dicta ordinatione potuisset iuridice appellari prout non potuit: vt supra in primo quesito dici debuisset ipsa pars a dicta interloquutoria appellasse in scriptis et non viua voce prout fecit. Et in appellatione in scriptis causas pretensi grauaminis declarasse. Et quia hoc factum non fuit ipsa pars aduersa debet reputari pro non appellante: & causa est remittenda iudici a quo ex sua ordinatione exequenda cum refusione expensarum.

a ¶ Et si quispiam. hic de ordinatione habente vim diffinitiue si debeat i scriptis appellari.

a iuxta. c. cordi. de appella. lib. vj. Et si quispiam [a] diceret vellet prout tamen non posset quod dicta ordinatio haberet vim diffinitiue adhuc debuisset appellasse pars aduersa in scriptis: et non sufficeret appellare viua voce vt dicit Jo. mo. in. c. cupientes in. §. et si per. xx. dies. de elec. lib. vj.

3 ¶ † Quo vero ad tertium quesitum pro ipsius decisione premitto quod a die appellationis partis aduerse et introductionis eiusdem coram iudice superioritatis vienne vsque ad diem qua causa a dicta curia superioritatis vienne ad presentem curiam parlamenti fuit aduocata effluxi sunt quatuor anni. ¶ Et cum infra primum annum seu primum fatale ipsa pars aduersa non fuerit prosequuta suam diffinitionem eiusdem fieri per iudicem superioritatis vienne infra ipsum primum fatale aut iusto impedimento interueniente si quod interuenisset: quid tamen interuenisse negatur infra secundum fatale ipsa appellatio fuit et est deserta: & remanet ordinatio a quo rata & firma iuxta iuris dispositionem. in aut. et qui appellat. C. de tempo. appel. & not. in capit. cum sit romana. extra de appel. ¶ Tum quia dominus

noster rex dalphinus in statutis suis supra in primo quesito mentionatis statuit etiã et ordinauit quod cause appellationũ terminentur infra tempora a iure scripto ordinata et determinata. Et si secus fiat quod appellationes ipse sint deserte et tales pronuncientur. Ideo recte concluditur dictam appellationem partis aduerse fore desertam et talem pronunciandam: cũ per processum non appareat quod pars aduersa appellans diligentiam fecerit quod infra dicta fatalia terminaret causa de qua tamen diligentia docere debuisset ipsa pars aduersa appellans vt dicit Jo. fa. in. l. si contra. in fi. C. de appella. plus dici potest quod quia ipsa aduersa non instituit neque diligẽtiã fecit quod ipsa causa appellationis terminaretur infra dicta fatalia videlicet primũ vel secundum fatale: quia permittẽdo

a labi ipsa fatalia videtur dicti ordinationi a qua acquieuisse[a] p ter. cũ gl. super verbo acquieuisse. in prin. in. l. ad solutionẽ. ff. de re iudi. Et facit glo. in. l. j. C. de postu. Idem etiam no. Guillelmus de monte landuno in cle. si appellationẽ. de appella. in. fi. Et debet propterea pars aduersa sententie a quo: obtemperare. Quia cum appellatio ex tempore recipiat resolutionẽ et interitum. Ideo lapsis fatalibus statim moritur seu extinguitur. in. l. nemo arbitretur. C. de tempo. appel. et notant doc. in. l. cum antiquioribus. eo. ti. super verbo mortales. Unde decisum est hodie iure nouissimo quod post appellationem desertam lapsu fatalium per negligentiam appellantis etiam si ambo appellans et appellatus processerint in causa appellationis: processus appellationis non valet: nec ex tali processu potest valida sententia ferri. in cle. si appellationẽ. de appella.

4 ¶ † Et ratio ẽm glo. post hosti. quia lapsus temporis fatalium ratificat ipsam primam sententiam et facit haberi perinde ac si non fuisset appellatum ita quod si sententia de facto inde feratur super negocio principali per quam infirmaretur prima sententia esset ipsa sententia nulla defectu iurisditionis tanquam a non suo iudice lata. Et tamen contra rem iudicatã: vt habetur

5 per gl. et docto. in dicta cle. si appellationem. ¶ † Nec valet sententia post desertionem lata. nec ad agendum nec ad excipiẽdum vt not. Bal. in dicta auten. ei qui appellat: quia talis sententia est nulla defectu iurisditionis que desijt esse in iudice cause appellationis post fatalia vt dicit Bal. in feu. in ti. quo

b tempore miles inuestituram petere debeat. in. §. fi. ¶ Et dicit[b] colle. in ca. ex ratiõe. extra de appella. quod licet Joan. and. in dicta cle. tenuerit quod in hoc casu potest appellans coram iudice ad quem petere pronunciari appellationẽ desertaz. Ipse tamen collec. de hoc dubitat: quia talis iudex ad quẽ. iã desijt esse iudex. Nisi inquit diceretur quod iurisditionẽ habet pretextu ipsius deserte appellationis que inquãtum ad hoc dumtaxat durat: quia quo ad aliud non habet iurisditionẽ. ex quibus infertur quod vos venerabile parlamentum qui succedit in hac parte in locum iudicis superioritatis vienne per aduocationem presentis cause non potestis pronunciare super negocio principali: quia causante ipsa desertiõe iurisditio reuertitur

a ¶ Acquieuisse. et quia pmittẽdo labi. x. dies qui dant ad appellande vr tacite snlam cõformare. l. fi. ff. de app. reo. et. l. hi qui ff. de appel.

b ¶ Et dicit col. deserta appellatiõe iudex nõ potest pnũciare nisi super desertione.

ad iudicem cause principalis a quo.l.si contra.z.l.quoniam.C.de appel.z no.
Saly.in.l.eos.eo.titu.d.Jo.an.in.c.in presentia.extra eo.ti.Et hec dicta suffi-
ciant quo ad istud tertiu3 quesitum.
6 ¶†Uenio ad quartum quesitum z videtur primo respectu dicte guillelme co-
appellate quod eius hypotheca z alia iura per eam pretensa non debeant im-
pedire dictam exequutionem sententie.Tum primo:quia vt ipsa guillelma fa
tetur in suis articulis maxime in primo articulorum suorum fol.lxxxvj.Dicti
de preyssino fratres appellati ratione administrationis eorũ tutele sunt prio-
res in hypotheca bonorũ dicti petri chiualleti de cuius bonis agitur.Jdeo cẽ
seri debent potiores in iure iuxta regulam qui prior est tempore : potior est in
iure. Tum quia z si bona dicti petri chiualleti fuissent eidem guillelme pro
dicta sua pretensa dote allegata.ipsa guillelma premature se opposuit aduer-
sus exequutionẽ in bona dicti chiualleti p o parte dictorũ de preyssino inchoa
tam:quia si dicta bona fuissent inquantata:et in vltimo inquanto plus offerẽ
ti liberata forte reperturn fuisset tantu3 precium quod non solũ summa petita
per dictos de preyssino:sed etiam summa petita per dictam guillelmetam.Ex
quibus ambabus partibus satisfactum fuisset : quia licet dicta guillelmeta
pretendat dicta bona fuisse sibi insolutum sue pretense dotis tradita : ipsa tñ
guillelmeta esset contenta sammã sue pretense dotis recipere prout ipsa guil-
lelmeta eius animum declarauit in processu folio.xc.verso.¶Jdeo expectasse
debuisset quod dicta bona in inquãtib⁹ fuissent vẽdita:qr de precio fuisset sibi
satisfactum.Et de residuo dictis de preyssino etia3 fuisset solutũ iuxta.l.a diuo
pio.in.§.si mille.z ibi Bar.ff.de re iudi.¶Et hec dicũtur in casum in quẽ dicta
guillelmeta docuisset de sua pretensa dote:de qua tamen non docuit:quia in-
strumentum confessionis pretense dotis per ipsam productum et insertum in
processu.folio.cix.non probat numerationem neq3 solutionem dicte pretense
dotis saltim in preiudicium creditorum:ita quod creditores omni tempore
possunt opponere exceptionẽ non numerate dotis.vt plene per Bart.in autẽ.
sed iam necesse.C.de dona.ante nup.z ibi Jo.fa.¶Preterea z si constaret dictã
pretensam dotem fuisse soluta3 aliter q̃3 per confessionẽ dicti chiualleti:adhuc
non valuisset traditio in solutum per dictum chiualleti dicte guillelmete ei⁹
7 vxori facta de bonis de quibus agitur.†Quia mulier non potest repetere dotẽ
constante matrimonio nisi in casum in quem maritus vergeret ad inopiam:iu
xta ea que leguntur z notantur in.l.vbi.C.de iure dotium.Sed non constat qđ
ipse chiualleti maritus vergat ad inopiam.igit̃ zc.quia licet dicta guillelmeta
pretensam inopiam dicti sui viri in processu allegauerit:illud tamẽ nõ ꝓbauit:
quia nulli testes fuerunt examinati super articulis ipsius guillelmete . Et de
his que non sunt z non apparent idem est iudicium.l.in lege.z.l.rutilia.ff.de
contra.emp.z vendi.¶ Preterea et si constaret dotem fuisse solutam et ipsum
chiualleti vergere ad inopiam prout non constat . Adhuc male impediuisset
dicta guillelmeta exequutionem sentẽtie dictorũ de preyssino.quia per instru-
mentum per ipsam guillelmetam productum et insertum in processu.fol.lxvj.
verso.apparet quod in certis alijs bonis dicti chiualleti fuit solutum eidem
guillelmete de dicta sua pretensa dote.Cui instrumento cum ipsa guillelmete
de dicta sua pretensa dote.Cui instrumento cum ipsa guillelmeta ipsum pro-
duxerit stare tenetur iuxta no.in.l.cum precium.C.de liberali causa.Ex quib⁹
8 omnibus simul iunctis recte cõcluditur quod dicta guillelmeta male se oppo-
suit aduersus exequutionem sentẽtie dictorum de preyssino.
9 ¶†Similiter etiam male z indebite aduersus dictam exequutionem se oppo-
suit dictus procurator anniuersariorum .:Quia ante condẽnationem non põt

fieri exequutio. Nam condẽnatio debet precedere exequutionem. Et si primo fiat exequutio q̄ ꝯdẽnatio exequutio est nulla: iuxta.l.si cũ nulla.cũ ibi no.per Bar.ff.de re iudi.sed nõ cõstat p acta qꝺ dictus petrus chiualleti fuerit ꝯdẽnatus erga dictũ procuratorẽ anniuersariorũ.igit̃ dꝫ dici exequutio p dictũ ꝓcuratorẽ anniuersariorũ in dictis bonis petri chiualleti facta esse nulliter facta: cũ nulla ꝯdẽnatio ipsam exequutionẽ precesserit per dictã.l.si cũ nulla. Et qꝺ sit verũ qꝺ dicta exequutio anniuersarioꝝ ꝓcesserit absq; cõdẽnatiõe ptꝫ in explectis in actis ꝓductis ꝛ insertis.fo.xcv.verso.ꝛ fo.sequenti:q: lꝫ ibi appareat cõpulsorias fuisse cõcessas:nõ tñ apparet qꝺ fuerint litere precise ꝯtra dictum chiualleti ꝯcesse:q̃ obtinẽtvim iudicati ſm statuta dalphinalia.Ideo dicta exequutio pro parte dictorũ anniuersariorũ producta dꝫ cẽseri nulla ꝛ pro non facta haberi iuxta iura supra allegata.ꝛ facit.l.j.C.de exequutiõe rei iudi.¶Ille eñ litere cõpulsorie inserte fo.cxv.verso.in quib⁹ mandabat̃ in casu oppositionis pars citari dicturus cur litere precise nõ essent ꝯcedẽde nõ habẽt vim precisarũ sed simplicis citatiõis vt no.per Barto.ꝛ Iaco.de but.in.l.actione. C.de transac.ꝛ Io.fa.in.§.olim.insti.de pena temere litigã. Que litere cõpulsorie nõ fuerũt cõtra dictũ chiualleti execute sed dies citationis tũc fienda adhuc est in albo in processu vt ptꝫ fo.cxvij.verso.Ideo pignoratio inde secuta fuit nulla p iura supra allegata. ¶Et si appareat dictũ petrũ chiualleti fuisse citatũ super dictis literis cõpulsorijs in personã dicte eius vxoris: hoc nõ fuit vt cõpareret coram iudice a quo dicturus cur precise nõ essent cõcedẽde.Sed vt ipse chiualleti videret inquantus fieri: vt ptꝫ in processu.Ex quib⁹ sequit̃ qꝺ illa expleta dicti ꝓcuratoris anniuersariorũ tanq̃ nulla nõ debuerũt ꝑstare impedimẽtuꝫ quo minus dicti de preyssino fratres potuerũt exequi eoꝝ fulam in dictis bonis:q: nõ ꝑstat lpedimentũ qꝺ de iure nõ sortit̃ effectũ:iuxta regulã iuris.li.vj. Etiã dicto procuratori anniuersariorũ obstat desertio sue appellatiõis de qua plene tetigi supra circa ꝓmũ:scꝺꝫ:ꝛ tertiũ dubia.Et ita de iure dicẽdũ vr̃ mihi.

¶Summarium.

1 ☞Papa plenariam habens potestatẽ qꝺ placet facere potest.
2 Absenti ius in beneficio/non queritur ante acceptationem.
3 Capitulũ si tibi absenti de preben.qualiter intelligatur.
4 Collatio scꝺa valet si impetrans primã ignorauerit collationẽ.

¶Consilium.xlviij.

Si appareat quod prioratus de breuino fuerit per papam pium quondam collatus fratri giraudo sybondi/vt pretendit frater Iacob⁹ marchi in suis articulis supra in hac causa traditis ipse tamen frater giraudus ab humanis decessit antequam dictam pretensam collationem acceptauerit et ratam habuerit:vt satis fatetur ipse frater iacobus marchi producendo in hac causa copiam sue asserte collationis in qua copia ita asseritur in processu inserta.folio xxix. et cui pretense copie inquantum contra eum facit ex quo eam produxit stare necesse habet iuxta ea que leguntur et not.in.l.cum precium. C. de liber. cau.et facit quod dicit Specul.in titulo.de depositionibus.§.viij.in prin.

1 ¶†Ex quo propterea sequitur quod papa dictum prioratum conferre postea potuit fratri Stephano de mars ex plenitudine sue potestatis quam habet papa.iuxta.c.licet.de prebend.libro sexto.Et potest papa facere quod sibi placet.institu.de iure natura.§.sed quod principi. et nota.per Ioannem andr.in nouel.in.c.si tibi absenti.de prebend.libro.vj. in prima columnna. quãplurima enim potest papa de plenitudine sue potestatis vt plene per Inno. in.c.
2 innotuit.in gl.fi.de elec.ꝛ maxime i casu nostro.†Quia absenti añq̃ accepta-

uerit non queritur ius in ipso beneficio vt patet in.d.c.,si tibi absenti.ibi nō acquiras.Ideo dict⁹ frater stephanus de mars potuit licite dictum prioratū impetrare per mortē dñi Henrici alamandi tunc vltimi possessoris ipsius prioratus : cum tunc vacaret de iure ꝛ de facto non obstante dicta asserta collatione dicto fratri girando vt pretenditur facta:que si de ea appareat non fuit sortita effectum per premissa.

3 ℭ† Nec obstat dictū.c.si tibi absenti.ibi ipse tñ eps vel ꝗcūq; alius de ipso beneficio nisi cōsentire recuses in personā alterius ordinare nequibit ꝛc. q: illud.c.loquitur in ordinario.vt ibi aperit tex.dum dicit.ipse tñ eps ꝛc.vel etiā potest intelligi in delegato apostolico vt ipsi dicūt doct. p tex. ibi vel quicūq; alius ꝛc.Secus aūt in summo pontifice qui potest tale beneficium anteq̃ absens acceptauerit alteri cōferre:q: papa hʒ plenitudinem potestatis ꝛ pōt facere qđ vult per supra allegata. Nec obstāt illa verba:vel quicūq; alius ꝛc.sub illis verbis generalib⁹ nō cōprehēdit papa cū in generali sermone nō intelligat persona loquētis,iuxta.c.petitio.extra de iureiur. cū si.si eñ papa de seipso in.d.c.si tibi absenti.loqui voluisset bñ expressisset.arg.in simi.in.c.ad audientiā.extra de decimis.

4 ℭ† Preterea vbi impetrās ignorauit primā collationeʒ citra preiudiciū loquēdo valet scđa collatio lʒ collator teneat p̃mo de alio equipollēti bñficio prouidere vt dicit gl.Jo.an.in.d.c.si tibi absenti super verbo acquiras.ibi.tertia opinio ꝛc. sed dictus frater stephanus de mars ignorauit prout ꝛ adhuc ignorat dictum prioratū vnq̃ fuisse collatum dicto fratri girando si de aliqua collatione appareat quod non credit.igitur ꝛc.

ℭ Ex quibus propterea apparet proposita partis aduerse primo ꝛ scđo loco tradita tanq̃ non reuelatoria non esse ad probandū admittenda:sed sequestrū in dicto prioratu appositū fore tollendū ad vtilitatē dicti de mars veri prioris ꝛ possessoris ipsius prioratus per supra ꝛ al's iam in causa deducta ꝛ allegata que sic dixi ꝛ fieri petit ipse de mars per vos magnificum Dalphi.parlamentū ꝛ sibi debitam iusticiaʒ ministrari; officium vestrum oportunius implorando.

ℭ Summarium.

1 Pactum de retrouendendo qñ ꝛ quare sit validum.
2 Census siue res alie restitutioni subiecte vendi nequeunt.
5 Dominium rei non transfertur vbi vēditor aliqđ ius reale sibi reseruarit in re.
4 Census venditi cā venditionis reducta ad nō cāʒ pñt repeti.
5 Ueritas ipsa ꝛ factū ante omnia attenduntur.
6 Clausula iusticiā sibi ministrari petens quid efficiat.
7 Officiū iudicis implorās nō tenet dominiū rei petite pbare.

ℭ Consilium.clix.

PRincipale dubium presentis processus [a] vertentis in venerabili curia parlamenti Dalphi. inter nobilē Jacobum penchenati supplicantē ex vna parte et domi.Guilielmum fabri. ꝛ chambertum fabri fratres supplicātes ex altera consistit in hoc

a ℭ Phtis p(ro)cessus. allegatiōes iuris pēdēte reachatto res vēdita possit alteri vēdi et de mō agēdi ꝯ tertiū possessorē vide Bar. in.l.in diem ff.de aq plu. arcenda.vbi de hoc.

Reue dominus episcopus Ualētie pendēte termino quinqꝫ annorum per ipsum dominum episcopum concesso eidem pē-chenati census de quibus agitur posse redimere potuerit ipse dominus episcopus dictos census dictis reis vendere pendē-te dicto termino reachatti.vsi-valuerit venditio medio tēpore ipsis fabri facta.

¶ †Et pro euidentia dicendorum premitto quod illud pactū factum per dictum dominum episcopum de retrouendēdo di-cto penchenati fuit et est de iure validum per tex.in.l.ij.C.de pac.inter emptorem et vendi.qui text.non est alibi. Hoc ergo presupposito credo indubitanter quod dictus dominꝰ episco-pus non potuerit dictos census dicto medio tempore dicti reachatti dictis fabri reis vendere. Et quod venditio fuit ⁊ cē-seri debet nulla quod probo per tex.in simili.in.c.si tibi absen-ti.de preben.libro.vj.vbi disponitur quod si episcopus bene-ficiū absenti contulerit licet ius absenti non queratur in ipso beneficio donec acceptauerit illo tamen medio tempore quo deliberat an velit acceptare vel non ipse episcopus non potest tale beneficium alteri conferre et si conferat non valet collatio vt ibi dicit tex. Sic ergo in proposito dico quod medio tempo-re dicti reachatti non potuit ipse dominus episcopus dictos alteri vendere et quod venditio quam fecit est nulla et pro nō facta haberi debet per dictum.c.si tibi. Et quod non valuerit nec fieri potuerit dicta venditio pendente reachatto inscio et non vocato dicto penchenati videtur tenere Bart.in proprijs terminis in.l.in diem.ff.de aqua plu.arcen.

¶† Preterea alia consideratione non potuerunt dicti census per dictum dominum episcopum dictis fabri vendi cum tem-pore venditionis ipsis fabri facte dicti census de quibus agi-tur subiacerent restitutioni ⁊ reuenditioni dicto pēchenati fiē de dicto termino quinqꝫ annorū durante: hoc probatur in auc. res que.in prin.C.cōia deleg. Et venditio dicto medio tpeˢ di-ctis fabri fuit nulla vt dicit glo.in.l.fi.§.finautē sub conditiōe C.eo.in gl.super verbo celebrata.ibi:sed ⁊ per autē. hic positā hoc est expeditum vt nō teneat alienatio etiā interim.idem vi-detur velle glo.in.l.seruo legato in.§.j. super verbo a legatario. ff.de lega.j.idem not.ff.de condi.⁊ demon.l. qui feudum, ⁊.ff. ad trebelli.l.marcellus.§.res que.⁊.ff.de reg.iur.l.plerūqꝫ. ita qꝺ dicti fabri tenentur rem cum fructibus medio tempore per eos perceptis dicto penchenati restituere..vt dicit gloss.super dicto verbo celebrata.ibi ita vt rem et fructus preteriti tēpo-ris restituat ⁊c. ¶ Jmo et dicti census venditi possent a dictis fabri tertijs possessoribus rei vendicari tanqꝫ venditi tempo-re quo restitutioni subiacebant: per glosam super verbo cele-brata ibi: vel quarto quod est melius ⁊c. quam glo.ibi. sequi-tur Bar.posito qꝺ fideicommissario non fuerit facta restitutio re vel verbo ⁊ hoc in odium alienantis pendente conditione. Jdem etiā dicit Barto.in.l.marcellus.§. res que. ff. ad treb.

¶†Alia etiam ratione possunt dicti census vide de hoc.J.con si.clxxxvj.de quibus agitur a dictis reis vēdicari quia dñum

a ¶ Dicto medio tēpo re. sunt aliq̄ glose que di cūt qꝺvꝫ in-terīꝫ aliena tio.vide re-portata i li-bro meo. ff. de.leg.j. sup l.seruo lega to.

a ¶Reser- a uat aliquod ius reale. et dict3 hic ad uerte qd qn qs voluerit vedere cum reachatto: ne emptor medio tepore reachatti alteri vedat et hoc modo si vedat vedi tio erit nulla p iura hic allegata.

nunq fuit in ipsos reos translatum: quia vbi venditor in venditione sibi reseruat aliquod ius[a] reale vt in casu nostro quos dictus penchenati in venditione quam fecit dicto dno episcopo reseruauit sibi qd posset infra dictum terminu dictos cesus reemere tuc eo casu impeditur in emptorem translatio dnij per l.si creditor. §.si ff de distrac.pig. et no.per Bar.in.l.filiusfami. §.diui.ff de lega.j.et in.l.si ita quis promiserit.§.ea lege.ff.de verbo.oblig.maxime quia vendendo dicto dno epo cum dicto pacto de retrouendendo videtur ipse penchenati alienatione dicto domino epo termino reachatti durate prohibuisse: quia ad positionem vnius contrariorum sequitur remotio et destructio alterius contrarij.l.sed et si pupillus.§.si.ff. de institu.l.pomponius.§.sed et si.ff.de procuratoribus.ar.in.l.hec verba.ff. de verbo.signi.et in.l.cum pretor.ff.de iudi. et hoc propter incompatibilitatem vt ibi habetur. Nam contrarietas consistit circa incopatibilia vt no.per Bar.in.l.eos.ff.ad.l.cor.de fal.reseruando ergo sibi dictu3 reachattum effectualiter prohibuit ne pendente reachatto venderet ipse dns eps dictos census de quibus agitur.et actus in contrarium factus per dictum dnm epm vc3 venditio per ipsum dnm episcopum dictis reis facta est nulla tanq repugnans dicte gratie redeptiue arg.in.l.vbi repugnatia.ff.de re.iu.et in.l.scripture cu ibi no.per glos.C. de fide instru.An si valuisset prout non valuit dominium saltim non trasiuit in dictos reos emptores per dicta Bar.in.d.§.diui.et per supra allegata.

4 ¶†Alia etiam consideratione tenentur dicti fabri dictos census restituere dicto penchenati.quia licet dictus domin[us] eps tempore venditionis per eum facte de ipsis cesibus dominus fabu.titulum siue causa3 haberet in dictis censibus: illa tame causa reducta fuit ad non causam per reuenditione dicto penchenati factam ideo repeti possunt dicti census.l.si fallo. cum ibi not.per Bar.ff.de condi.sine causa.et de hoc videtur casus apertus fm vna lect.glose.in.l.iulianus verum debitorem.in gl.j.ibi: et multo minus et sequitur videtur redire ad non causam et c.ff.de condi.inde.qua gl.ibi sequitur Bar. in.viij.col.in versi.et pro hoc dico statutum est hic et c. Idem etiam sequitur Aug.de are.in si.ff.a quibus appel.non licet.

5 ¶†Et cum clare appareat de bono iure dicti pechenati actoris qd habet in dictis censibus iuxta supra allegata. Non debet attendi ad opposita per dictos fabri reos pretendetes dictum actore inepta actione intetasse. Quia q actio intetet atte di non d3 sed simpliciter et pure factum ipsum: et rei veritas.vt dicit tex.ad litera in.c.dilecti filij.ibi.neqta subtilr sicut a multis fieri solet cuiusmodi actio intetetur inquiratis sed simplr et pure factu ipm et rei veritate fm forma canonu et sanctorum patrum instituta inuestigare curetis.extra de iudi.ci.

6 ¶†Maxime qr dictus pechenati in fine sui libelli subiunxit cla[u]m. Et alias sibi debita iustitia ministrari: per qua cla3 etia iudex potius debet attendere ad ius partis q ad inepta actione intentata foret: vt dicit Innocen. in.c. examinata. de iud.

¶Est etiã cõsiderãdũ qđ dictus penchenati implorat officiũ iudicis: vt patet in fine dicti sui libelli. ¶†Ex qua imploratiõe officij non habet necesse ipse penchenati probare de dominio vel quasi dictorũ censuum petitorum: sed sufficit qđ ipse in possessiõ ostenderit dictos census habuisse anteꝙ ipsi rei ipsos cẽsus occupassent: et per officium iudicis [a]debent eidem penchenati restitui: ex quo de bono iure ipsius penchenati per supra deducta apparet: vt dicit notabiliter Bar.in.l.de vsu.circa fi. vel dic quod illud officiũ &c.ff.de var.& extraor.co.& allegat ipse Bar.glo.in.l.in ciuile.C.de fur.& in.l.manifestissimi.§.sed anni secũdo.eo.ti. ¶Sed per dictum processum apparet quod dicti census fuerũt primo dicto penchenati cũ ipsos vẽdiderit ipse penchenati cũ reachatto cũ dicto domino episcopo. ¶Et non possunt ipsi rei referre questionem dominũ dicto penchenati cum ipsi rei causam habeant a dicto penchenati ꝑ mediã personam dicti domini episcopi: vt fatentur ipsi rei in eorum instrumento venditionis in processu inserto folio.xxxij.in quo instrumento legitur quod ipse dominus episcopus qui dictos census eisdem reis vendidit causam habuerat a dicto penchenati qui eidem domino episcopo census primo vendiderat: ꝑ quo faciũt ea: q̃ leguntur & not.in.l.si qs cõductionis.C.locati.

a ¶Per officiũ iudicis. Et vide q̃ dixi de imploratione officij iudicis i tractatu.quem cõpilaui sup statuto dalphi. de lr̃is cõpulsorijs et precisis in.viij.q.

¶Summarium.

[1] Testamentum in quo mater preteritur filio instituto an sit nullum.

[2] Mater tutrix data in testamento hereditate filiorũ primatur si inuentario non confecto tutorem non petijt.

[3] Auia an excludatur matre exclusa.

[4] Auia paterna an sit in bonis paternis preferẽda & materna in maternis.

¶Consilium.l.

Ex facto tradito eliciuntur quatuor dubia subscripta in iure determinãda. Primo an testamẽtũ in quo mater est preterita nulla causa inserta & filius est heres institutus sit nullum. Secundo nunqđ mater que est tutrix data in testamento. que non fecit inuentarium[b] nec sibi fecit administratio-nem decerni: nec als tutorẽ petijt perdat hereditatẽ filiorũ: de-cẽdentium in pupillari etate. Tertio vtrũ matre exclusa exclu-datur auia seu auie que, similiter neglexerũt petere tutorẽ lapso anno infra quem debebant petere. Quarto vtrum auia paterna preferatur in bonis paternis & auia materna in maternis.

[1] †Ad primum dubium dico qđ testamentũ ex tali causa non rumpitur quia habebat filios quos instituit quorum filiorum mater cũ est in successiõe.C.de suis & legi.aut.in successiõe. Et nõ tenet qs instituere ascẽdẽtes stãtib⁹ descẽdẽtib⁹.ff.de iniusto rupto irrito testamẽto.l.si qs exheredato, in ꝓń.& de inoffi.testã.l.ꝑ filium & institu.de successi.liberorum.§.sed nostra.

[2] †Ad secundum dubium dico respondendo quod sic: per.l.ij. §.si mater.ff.ad tertullianum.& ibi no.in gl.super verbo legitimis.& insti.eo.§.fi.& l.sciant.C.de legiti.heredi,

b ¶Que nõ fecit inuẽtarium. de hoc vide.s.cõsi. xliij.& xliiij.

3 ¶ † Ad tertium dubium respondeo qd omnes leges que excludunt a successione propter tutorem non petitum loquuntur in his quorum forma proxima spes successionis est quia possunt succedere si volunt non tamen puniuntur si non petierint[a]. C. qui pe. tutores. l. pe. z ibi no. per glo. z doc. z sic concluditur qd auia materna z paterna pariter veniunt ad successionem.

a ¶ Si non petierint. vide de hac materia. s. consil. clxxix. z. s. consil. liij.

4 ¶ † Ad quartum dubium dum queritur vtrum auia paterna preferatur in bonis paternis z auia materna in bonis maternis qd videtur per. l. de emancipatis. in fi. ff. de leg. here. et qd ibi no. per glo. Sed ille leges loquuntur de fratribus consanguineis z vterinis. Sz de auo paterno z materno est casus singularis. C. de bo. que libe. l. quod scitis. ver. si autem. scdm qd doc. ibi ponunt casum vbi est expressum qd in bonis paternis prefertur auus paternus. Et sic in proposito dico qd in bonis paternis preferatur auia paterna que mortuus habuit a patre: non aut in illis q habuit a fratre suo defuncto: qr in illis succedut dicte auie pariter: quia talis fili9 defunctus erat in eis coniunctus pariter per lineaz paternam et maternam.

¶ Summarium.

1 Liberorum dictio / in idiotam non cadit.
2 Neptis an veniat liberorum appellatione.
3 Nepos venit nomine filij.
4 Si quis dictio / ad vtrunqz porrigitur sexum.
5 Notario creditur z fere pro eo semper presumitur.

¶ Consilium. lj.

FActum tale est qd notabilis katherina de pratis ciuis condidit testamentum in quo sibi heredes vniuersales instituit ioannetam et benastruam eius filias. ¶ Item voluit dicta katherina qd si contingeret vnam ex dictis filiabus sine libero vel liberis legitimo procreato vel procreatis decedere qd ad aliam suam filiam z heredem suum superuinentem z liberos suos bona sua omnia iure institutionis perueniant z pertineant. ¶ Dicta ioanneta ex post de legitimo matrimonio habuit vnum filium ioannem qui filius ante dictaz ioannetam eius matrem decessit relicta sibi gileta eiusdem Ioannis filij sui filia. ¶ Subsequenter dicta ioanneta mater dicti filij decessit ab humanis relicta sibi dicta gileta filia dicti sui filij. ¶ Dicta ioanneta nunc ab intestato z sine libero vel liberis decessit viuente benastrua sorore dicte ioannete z matre ipsi9 gilete. ¶ Nunc queritur si dicta substitutio habeat locum in dictam benastruam sororem dicte ioannete. ¶ Nunc videndum est si dicta gileta neptis ipsius ioannete: quia filia filij excludat benastruam substitutam ipsi ioannete: et hoc est incidere in illam questionem an appellatione liberorum contineantur nepotes in dispositione a matre vel alio per lineam femininam ascendentem facta ad hoc qd substituti vel fideicommissarij a substitutione vel fideicommisso excludantur. Et videtur quod non: quia verbum liberorum in dispositione persone illiterate prolate non comprehendit nepotes: z hoc videtur tenere Ray. id

dicit alibi glo. q' tale verbum in ydiotam non cadit. l. q' si nepotes. ff. de testa.
1 tute. †Cum igitur in casu presupposito verbum liberorum fuerit prolatum in dispositione persone illitterate mulieris nepotes non comprehendit et si eos non comprehendat dicta gileta neptis ipsius ioannete: quia filia filij sui non excludit ipsam benastruam substitutam ipsi ioannete: Immo ipsa benastrua admittetur ad substitutionem ipsius ioannete ex eo q' ipsa sine liberis hoc est sine filio vel filia decessit. Ad que facit: q: dispositio imperatoris: de qua in. l. cum acutissimi. C. de fideicom. loqui videtur in dispositione a patre vel auo paterno facta: in qua est speciale q' nepotes vel neptes ex filio excludant substitutum vel
2 fideicommissarium. ergo in contrarium est ius commune. igitur &c. †In contrarium videtur q' ipsa benastrua non admittatur ad substitutionem. Immo totaliter excludatur per ipsam giletam neptem ipsius ioannete videtur casus in l. liberorum. versi. filij autem appellatione. ff. de verbo. signi. vbi dicit text. q' non videtur sine liberis decedere qui neptem relinquit. cum igitur dicta benastrua fuit substituta ipsi Joannete si sine libero vel liberis decederet. Et in facto presupponitur q' ipsa decesserit relicta dicta gileta eius nepte ipsa non videtur decessisse sine liberis: sicque propterea conditio sub qua ipsa benastrua fuit substituta defecit merito non potest ad substitutionem admitti. l. si legata. C. de leg. et. l. post aditam. C. de impube. et ali. substi. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff.
3 ad treb. cum simi. †Quid dicendum credo dictam benastruam nullo modo debere admitti per rationem nunc primo dictam ipsamque fuisse et esse exclusam per ipsam neptem. pro quo videtur casus in. l. lucius. la. ij. §. fi. ff. de heredi. insti. vbi permissio facta simpliciter de filijs sub hoc verbo filiorum porrigitur ad nepotes qui substitutos excludunt. Multo ergo fortius vbi facta est permissio de filijs sub hoc verbo liberorum cum plus in se habeat significatio huius verbi liberorum quam verba filiorum. in dicta. l. liberorum allegata. et in. l. q' si nepotes. ff. de testa. tutela. et videtur tex. expressus in. l. iubemus. §. penul. ff. ad trebel. et facit tex. et ibi videtur casus expressus in. l. cum acutissimi. C. de fideicom. ad quod l. cum auus. ff. de condi. et demon. †Et licet ab aliquibus dicatur q' dicta. l. cum acutissimi. loquatur in dispositione a patre vel ab ascendente per lineam masculinam factam et non in dispositione a matre facta sicut a patre. hoc tamen
4 non videtur verum †. et ideo notanter ibi dicit imperator si quis modo verbum si quis tam masculos quam femellas comprehendit. l. j. ff. de ver. sig. et ibi casus. et l. j. ff. de nego. gest. l. si quis. ff. de iur. om. iudi. et hoc videtur tenere glo. in. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. et substi. sub condi. fac. et Bar. tenet expresse in. d. l. cum auus. Nunc vero restat respondere ad primam rationem in oppo
5 situm factam: quia ad secundam est responsum. †Et est dicendum q' licet verbum liberorum non cadat in dispositione hominis non literati: vt comprehendat nepotes. tamen credendum est notario qui ipsum verbum scripsit et alia nomina importantia que testator exprimebat: nam cum ipse notarius sciat et scire a iure presumatur iura in. l. iubemus. in fin. C. de testa. est verisimile et ita ius presumit scripsisse que testator expressit: et ideo cum ipse scripserit verbum liberorum ius presumit q' ipse testator senserit de omnibus liberis tam primi gradus quam secundi: vt sunt nepotes. et neptes. pro quo. l. sciendum. cum ibi not. per Barto. ff. de verbo. obligatio. et in. l. si ita. ff. de testamen. tutela. et quam maxime in hoc casu fauore liberorum iuxta. l. cum acutissimi. alleg. ita dicit per expressum Barto. in dicta. l. liberorum. igitur &c.

Summarium.

1 Mobilium et immobilium nomine an veniant iura actiones et debita.
2 Actiones et iura et debita quando veniant mobilium nomine et quando immobilium.

3 Actiones ⁊ nomina, an veniant meorum ⁊ tuorum appellatione.

¶ Consilium. liij.

Factū tale est Joāneta de fonte de pōte belli vicini fecit donationē inter viuos petro charpini eius nepoti de omnibus vniuersis ⁊ singulis bonis suis mobilibus ⁊ immobilibus/dotalibus ⁊ parafernalibus p̄sentibus ⁊ futuris quibuscunq; retentis vsufructibus ad eius vitam. ¶ Postea dicta Joanneta donatrix veniens ad mortem eius condidit testamentū: in quo sibi heredem vniuersalem instituit in omnibus bonis suis bertrandum falauelli: que Joanneta in eadē permanens voluntate ab humanis decessit. ¶ Dictus petrus donatarius modo intendit petere ducentos florenos dotales dicte Joannete a fratribus suis ipsam dotem debentibus.

¶ Modo queritur si ipse donatarius possit dictos .cc. florenos petere: vel si pertineant heredi ipsius ioannete donatricis.

1 ¶ † Ad quod puto dicendum q̄ dictus donatarius non poterit petere: dictam dotē: q2 in dicta donatōe cōprehendūtur tātūmodo bona mobilia ⁊ imobilia ⁊ non actiones [a] iura/noia vel debita dicte ioannete donatricis: ⁊ est ratio: q2 appellatione bonorum mobilium ⁊ immobilium actiones / nomina seu debita nō cōprehendunt: sed sunt tertiū gen9 p se diuersa prorsus atq; sepata a bonis mobilib9 ⁊ immobilibus. l. a diuo pio §. in venditione. ff. de re iu. l. quā tuberonis §. in peculio. ff. de pecu. ⁊ facit bene. l. eos. C. fa. her. ⁊ l. j. in fi. ⁊ l. iiij. in prin. ff. p socio. ¶ Et ppterea dicit Bar. [b] in. l. j. C. si aduer. transa. formaliter sic dicunt doc. ⁊ ego dixi pluries q̄ si ego concederem tibi bona mea mobilia ⁊ immobilia; q̄ iura ⁊ actiones non venirent in tali donatione seu concessione: q2 sunt tertium gen9 per se: nec est necesse q̄ assimiletur alicui istoꝝ duorum: vt. l. q̄ tuberonis. ⁊ l. a diuo pio. alle. ¶ Idē ponit bar. in. l. cēturio. in. iij. q. p̄nci. in ver. secus si dicatur ⁊c. de vulga. ⁊ pup. Hoc idē tenet p exp̄ssum Spec. in ti. de fructibus ⁊ interesse. ⁊ ver. sed pone p̄latus ⁊c. Hoc idem tenet Pet. iaco. in ti. de actione ex testamento. qui hoc ibi plene disputauit.

¶ Nec ob. glo. posita in. l. mouentiū. ff. de ver. signi. ⁊ in. l. iubemus. §. sane. C. de sacrosan. ec. ⁊ in. d. l. j. §. si aduersus transac. ⁊ in aut. de non alie. seu pmutandis. §. j. col. j. que glo. videtur

2 dicere † q̄ ad id quod debet est mobile: ⁊ tūc talis actio seu debitum appellatione mobiliū contineatur: aut est immobile ⁊ tūc talis actio seu debitū appellatione immobiliū contineatur. Q2 dicte gl. in se ꝯtinēt veritatē qn̄ vez subest necessitas iudicādi an actiōes vel noia appellatiōe mobiliū vel immobiliū ꝯtinent: vt est in casu qn̄ q̄s duos heredes instituit vez; vnū in bonis mobilib9: ⁊ aliū in bonis imobilib9 nullla mētiōe facta de actiōib9 seu nominib9. Et tūc q2 subest necessitas iudicādi quoꝝ appellatiōe cōprehēdant p eo ne talis testator decedere videat p pte testat9 ⁊ p parte intestat9: qđ fieri nō pōt. l. ius nostrū. ff. de re. iur. insti. de here. insti. §. nō itaq;. tūc hn̄t locū dicte

a ¶ Nō actiōnes. Hic si appellatiōe bonoꝝ mobiliū ⁊ imobiliū contineant dicta iura ⁊ actiones. de quo ēt scripsi in decis. gra. q. dlxxxiiij. ⁊ vide. j. ꝯsi. ccxxiiij. ⁊ ccxv.

b ¶ Dicit bar. h̄ qualr bart. spec. et Pet. iac. tenent q̄ i donatiōe olm bonoꝝ non veniūt iura et actiones: q2 sunt tertiū gen9. vide etiā. j. cōsil. ccxv.

gl. Iac. etiā dictū Dy. positū in. d. l. monentiū. & in. l. non pōt. ff. de auto. tu. vbi vẽro non subest talis necessitas tunc appellatione mobiliū vel immobiliū actiones iura & nomina non cōprehenduntur. Sic intelligitur dictū Bart. positum in. d. l. j. C. si aduer. transac. & in. d. l. mouentium. ac etiam dictū Spe. & Pe. Iac. in locis. s. alle. Propter qđ dicit magis expresse pe. Iac. in loco. s. alleg. qđ si qs testator leget alicui bona sua mobilia & alteri bona immobilia qđ actiones et nomina debitorum nō veniunt in tali legato: sed remanebūt penes heredem ratio quia nulla subest necessitas quare actiones & nomina in istis legatis debeant cōprehendi. qđ quidem per oīa est dicendū in donatione de bonis mobilibus & immobilibus facta in qua etiam nulla subest necessitas iudicandi/ quare actiones & nomina in tali donatione comprehendantur: vt patet ex iā dictis: ideo in casu preposito dictus donatarius non poterit petere dictos. cc. floren. dotales: sed remanent dicto heredi.

5 ¶ † Nec premissis obstant. l. nam qđ. §. fi. cū. l. se. & l. cogi. in prin. ff. ad trebel. q̄ videntur premissis obstare: in quib⁹ videtur qđ appellatione meoꝝ & tuorum actiones & nomina cōprehendantur. Et est ratio quia dicta iura loquūtur in casu in quo subest necessitas iudicandi qđ appellatione meoꝝ & tuoꝝ actiones & nomina comprehendantur: q: in herede qui rogatus est restituere alicui bona mea in cōmune vero dicte donationis non subest talis necessitas: vt. s. dixi. igitur &c. Item etiam in dictis iurib⁹ hoc ideo pro tanto dr̄ est ratione hoꝝ pronominum possessiuorum mea & sua ibi posita: vt. l. meorum. ff. de verbo. sig. in qua ponitur casus per dicta iura quod in casu dicte donationis adaptari non potest: pro eo qđ nullum pronomen possessiuum fuit subiunctum. facit alia ratio qđ non comprehendantur debita in dicta donatione. Quia dicta donatio fuit facta principaliter respectu iuris realis & corporalis vt patet ibi dum dicitur bona mobilia & immobilia &c. l. si titio. §. fi. cum. l. se. ff. de leg. ij. l. bonorum. in prin. ff. de verbo. sig. & non respectu iurium & actionum seu debitoꝝ: que incorporalia sunt. insti. de re. cor. & incor. §. incorporalia: quia de ipsis debitis & actionibus ibi nulla fuit facta mentio vt patet ex verbis dicte donationis a quib⁹ verbis non est recedendum. l. non aliter. in prin. ff. de leg. iij. Item quia donatio est stricti iuris. in. §. actionum. cum ibi no. insti. de actio. & l. ij. C. de dona. ob causam. cū ibi no. per Bar. Ideo nō amplianda sed restringẽda ad ibi expressa. l. quicquid astringẽde. ff. de ver. ob. Ideo concludendo videtur vt supra dictos. cc. florenos non fuisse in dicta donatione comprehensos.

¶ Summarium.

1 ☞ Bona ex primo marito prouenientia ad liberos eiusdem reuerti debent.
2 Transactiones in dubio secundum iuris communis dispositionem intelligi debent.
3 Arbitramenta secundum leges sunt intelligenda et sermones secundum materiam subiectam regulandi.
4 Ablatiui absoluti sunt in vim conditionis resoluendi.
5 Renunciari non potest legi prohibitiue.

¶ Consilium. liij.

NObilis katherina de fonte habens liberos ex primo matrimonio & ex scđo matrimonio ꝯdidit testm̄ in quo sibi hr̄des vniuersales istituit liberos scđi mr̄imonij & istituit liberos ṗmi mr̄imonij in certis reb⁹: nūc q̄rit̄ si bona q̄ ꝓuenerāt ad dictā katherinā ex successione liberoꝝ suorum ex primo matrimonio reuerti debeant ad ipsos liberos primi matrimonij: vel si pertineant ad liberos secundi matrimonij vigore dicte institutionis.

1 ¶†Et videtur dicendum q̄d dicta bona reverti debeant ad li-
beros primi matrimonij nō obstante testamento dicte katheri
ne.vt.l.femine.§.illud.⁊ quod ibi no.C.de secun.nup. Potissi-
me quia ea que ipsa Katherina habuit ex successione dictoꝝ
a ¶Ab intestato.ergo si ex testō aliō esset.

3 suorum liberorum ex primo matrimonio habuit ab intestato[a]
et non ex testamento ipsorum liberorum primi matrimonij.vt
in auf.ex testamento ⁊ in corpore vnde sumitur ⁊ q̄d ibi no. C.
de secun.nup.facit.l.mater.⁊ q̄d ibi no.C.ad tertul.Et q̄ dispo-
nuntur in personam liberorum dicti primi matrimonij eadē
disponuntur in personam eorum liberorum nepotum dicte ka
therine.l.in quibus.C.de secun.nupt.facit.l.secunda.§.filius.
ff.ad tertullianum.

2 ¶†Nec obstat si dicatur q̄d ea que habuit dicta katherina ma
ter ex successione dictorum suorum liberorum primi matrimo
nij ipsa habuit vigore cuiusdam arbitramenti seu trāsactiōis.
Quia respondetur q̄d illud arbitramentū seu transactio pro-
cessit occasione dicte successiōis:que trāsactio est in dubio in-
telligenda scd̄m iuris communis dispositionem.l.quero.§.in-
ter locatorem.ff.locati.l.quidam cum filium.ff.de verb.obli.et
q̄d no.Cy.in.c.scienti.de reg.iur.Ius autem commune vult ⁊
disponit q̄d dicta katherina mater successionem liberorum ex
primo matrimonio habere debeat ad vitam suam:scilicet quo
ad vsumfructum:post mortem vero eius ad alios primi matri-
3 monij reverteretur:vt dicta.l.femine.cum simi.† Igitur scd̄m di
ctas leges dictum arbitramentum debet intelligi:quia penes
subiectam materiam sermones sunt inquirendi.l.si vno.ff. lo-
cati.⁊ in.l.imperatores.ff.de in diem adiectione.⁊.l.si quis ita
stipulatus.ff.de vsur.quia dictum arbitramentū seu trāsactio
factum fuit super his que dependebant ex testamēto primi vi
ri dicte katherine.Ex cuius tenore apparet presumptio q̄d al-
ter ex dictis suis liberis decesserit in pupillari etate:quo casu ipsa
katherina mater erat penitus excludenda/cum ibi facta fue-
rit substitutio pupillaris expressa: que pupillaris expressa in-
dubitanter excludit matrem.vt plene per glo.⁊ doct.in.l. pre-
cibus.C.de impu.⁊ alijs substi.⁊ in.l.centurio.ff.de vulg.⁊ pu-
pil.⁊ est casus in.c.si pater.in fi.de testa.lib.vj.Et in dicto arbi
tramento seu transactione non constat q̄d sorores dictorum li
berorum defunctorum scirent tenorem testamenti paterni:nec
verba ipsius inspexerunt; licet in nube et enunciative fuerit
b ipsum testamentum allegatum quod non sufficit[b] vt.l. de his
4 ff.de transac. Et sic dicta transactio non valet vt ibi.† Attento
q̄d verba dicte.l.de his loquuntur per verba ablatiui absolu-
ti:que resoluuntur in vim conditionis.l.a testatore.ff.de cōdi.
et demon.⁊.l.euictis.ff.de vsuris.⁊.l.ab emptione.ff.de pactis.
fuit ergo necesse ad hoc vt dicta transactio valuerit:q̄d visa et
inspecta fuerint verba dicti testamēti paterni:⁊ q̄d partes sci-
rent tenorem dicti testamenti vt ibi ple.habetur. Nec illi legi
potest renunciari cum facta fuerit in odium occultantium te-
stamenta ⁊ favore publice vtilitatis vt ibi habetur.facit.l.j.ff.
quemadmo.testamen.aperiantur.Igitur renūciari nō potest.

b ¶Q̄d nō sufficit. In materia.l.d̄ his.ff.d̄ trāsac.nō sufficiūt v̄ba narratiua testamēti nisi ipsū testm̄ videatur.

vt.l.ta metsi.

vt.l.tametsi.ff.ad macedo.facit.l.ius publicū.ff.de pactis. pro hoc quia dicta; lex videtur disponere circa formam dicens qd non aliter transigi possit ⁊c. Igitur renunciari non possit.l. ne
f mo.ff.de leg.j.† Preterea quia dicta.l.de his est prohibens:sed legibus prohibentibus renunciari non potest.vt no.gl.in.l.j. et.ij.C. ne fideiusso. dotium dentur. ¶ Nec firmata fuit dicta transactio iuramento.pro quo facit qd ponit Bart.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiussoribus.⁊.in.l.seyus ⁊ augerius.ff. ad.l. fal. et facit.c. non est obligatorium. cum ibi no. extra de regu. iur. ¶ Nec obstat predictis qd dicta.l.de his loquitur in trāsactione ⁊ istud non fuit transactio sed arbitramentum quia respondetur qd arbitramentum est transactio[a] ⁊ no.in aut. vt differētes iudices.in.§.j.col.nona. ¶ Preterea quia dicta.l. de his nō solum habet locum in transactione sed in qualibet alia cōuentione ⁊ pactione gratuita cum sit eadem ratio:vt no.glo.in dicta.l.de his.facit.l.iij.§.cum transactio.ff. de trāsac.⁊.l. qui cū tutoribus.§.fi.eo.ti.⁊ l.tres fratres.ff.de pactis.cum si.

a ¶ Transactio.vid. sa per hoc reportata l libro meo. ff. ad trebel.in l.luci⁹.in.§. fina.

¶ Summarium.

☞ Donatio propter nuptias facta de re aliena qñ valeat.
Pater vnam ex filiabus de bonis maternis qñ dotare possit.
Donatio facta de bonis matris causa inscia est inualida.
Dominium non transfertur ex alienatione rei aliene.
Donatio propter nuptias dotis constitutioni equiparatur.
Donatio inter patrem ⁊ filium quando valeat.
Ratificare quando possit quis quod suo nomine gestū nō est.
Dominus eiusdem rei nemo ex pluribus causis efficitur.
Ius siue dominium nondum nato queri potest.

¶ Consilium.liiij.

Cum in facti narratione queratur vtrum donatio propter nuptias facta a domino falcone de monte camito de castro bellisimilis:pertinētis ad ei⁹ vxorem filio communi eorundē teneat et valeat. ¶ Hic est attendendum naȝ dicta donatio facta fuit per dictum dñm falconem dño antonio filio muni dicti dñi falconis ⁊ dñe eius vxoris cōtemplatione matrimonij futuri inter dictos dominum antonium et dominam ilippam de monte renello et liberorum ex dicto matrimoo procreandorum:

20 decidi per questionē[a] que mouetur per doctores que talis est. testator fecit testamentum qd solum voluit valere et nullum aliud nisi in eo essent scripta oratio dominica vel Aue maria. subsequenter autem idem testator fecit aliud testamentum in quo non posuit dictam orationem sed solum verba generalia reuocatoria: nunquid valet secundum in quo de primo nō fit specialis mentio. docto. determinant qd sic omnes indistincte quando vnicum testamentum precessit tunc enim videtur de eo fieri mentio specialis: ⁊ specialiter videtur loqui: quamuis sub verbis generalibus. vt.ff.de libe.⁊ posthu.l.j.⁊.l.ij. vbi optime probatur.⁊.C.qui testa.fa.pos.l.hac cōsultissima in questione de gallo presso. Ex quo enim testator est certus de facto suo nō potest dici quin intelligat vim ⁊ effectum verborum. Cuius intentio principaliter inspicitur non verba vt dictum est. ⁊ probatur.ff.de condi.⁊ demon.l.in conditionibus.⁊.l.meuius.ita no.ff.de libe.⁊ posthu.l.ij.per Bart.⁊ Bal.⁊ latius per eosdem post Dy.ff.de leg.iij.l.si quis.in prin.testamenti.facit.l.certi iuris.ff.de mili.testamento.preteritio enim militis de filio suo facta hz vim exheredationis: secus si esset ignorans vt ibi.

a ¶ per qd a nez. vide ēt §.cōsi.xiiij.

21 ¶ † Plus dicit Bal. qd si plura testamenta precessissent p clausulam generalem in vltimo positam videtur reuocatum testamentum immediate precedens vt relatio fiat ad proxima. Nō enim requiruntur verba specialia quando de mente cōstat maxime in principe vbi non requiritur tanta specificatio sicut in testatore qui ad propriam vtilitatem disponit: princeps autem ad publicam vtilitatem cui maior fauor debetur sm̄ Pe.⁊ Cy. in.d.l.fi.in.j.q.C.si contra ius vel vtili.publicam.⁊ ista fuit cōclusio domini Ja.de bello visu qui dictam.q. disputauit: vt habetur in aut.de testa.imperfectis.§.j.col.viij. ¶ Et Cy. disputauit similem questionem de statuto primo habente clausulam derogatoriam: nunquid per secundum continens verba generalia sit sublatum: quam disputationem refert plene Bald. C. de legibus.l.humanū.et ibi etiam multa alia ad propositum deducit. ¶ De hoc etiam tangit idem Bal.C.de testa.aut. hoc inter liberos.subiungens qd etiam clausule generales tabellionum: in quibus dicunt cassans ⁊ irritans ⁊c. ex quo testator de facto suo certus est sufficit. facit.c.ab excom.extra de rescr.⁊ facit optime qd plene no.de sepulturis.c.j.in fi.p Paulū in cle.

22 ¶ † Reducendo igitur ad propositum dominus karolus quartus concessit literas in fauorem comitis defuncti: quas dominus sigismundus reuocauit in personam successoris dicti comitis: ⁊ eas in suis literis preditis inseruit: et de pedagio de quo agitur specialem mentionem fecit ⁊ illis de romanis immunitatem concessit animo deliberato ex certa scientia nō per errorem de plenitudine potestatis ⁊c. quod voluit valere non obstantibus quibuscūqz pedagijs/vectigalibus ⁊c. hactenus indictis ⁊ inducendis ⁊c. non obstantibus confirmationibus ac quibuscunqz

quibuscunq; literis in cõtrarium ipsarum facientibus quouismodo cuiuscũq; forme seu tenoris existerent per dictum genitorem suum seu anteriores suos aut per ipsum quibuscunq; principibus/baronibus concessis cũ alijs clausulis:de quibus supra:⁊ sic tam de literis per karolum quartum predictum ꝙ de suis in fauorem comitis confessis fecit mentionem.Que quidem litere per dictum karolum fuit vnice/⁊ vnica vice concesse super dicto pedagio.⁊ etiam litere ipsius domini sigismundi sunt vnice pariter:⁊ tales presumũtur nisi alie exhiberentur.ff.de rei ven.l.quedam mulier.in glo.fi.⁊ no.plene.C.de eden.l.edicta.in fi.per Bal.¶Ad ipsas igitur tollendas:ex quo quelibet ipsarum est vnica:⁊ de ea fuit saltim verbis generalibus mentio ibi tam per dictum genitorem nostrum ꝙ per nos ⁊c.sufficiũt dicta verba per ea que supra dicta sunt:

23 ¶†Quotiescunq; enim genus reducitur ad vnã speciem/ naturã speciei assumit.ff.de optione lega.l.si optio.ibi ad vnum ⁊c.⁊ de contrahen.emp.l.si in emptione.§.fi.Nisi enim dictum reuocationis effectum operaretur de nihilo operarentur/quod est absurdum:verba enim in testamentis de aliquo debẽt operari.ff.de leg.j.l.si quando.⁊ etiam in contractibus.ff. de vsuris.l.si stipulat⁹.⁊ ꝙ maxime in priuilegijs concessis ad munici.l.j.extra de priuilegijs.c. in his.et eo.ti.si papa.lib.vj.Et qd maioris efficacie sunt verba principum in priuilegijs ꝙ testamentorum.no.C.si contra ius vel vti.pub.l.fina. per Cyñ.in.j.q.et C.de legibus.l.humanum.per Bal.

24 ¶†Item indefinita licet generalis que non potest referri nisi ad vnum equipollet singulari orationi ⁊ expressioni:vt est casus in.d.l.ij.ff.de libe.⁊ posthu.et in.d.l.hac cõsultissima.in questione de gallo presso qui erat amicus tali nomine nuncupatus:⁊ ideo alia demonstratione vel specificatione opus nõ est quia quod demonstrate rei adijcitur frustra est nec adiectione eget plenitudo.ff.de dote prele.l.j.in fi.⁊ de here.insti.l.si te solum.facit.ff.si cer.pe.l.certum.et hoc tenet Jo.and.in.c.j.de consti.lib.vj.in nouella. ⁊ ibi etiam Archi.quando princeps facit ex certa scientia sufficiunt verba magis generalia:vt ibi no.

¶Item dicit glo.per doc.approbata qd ad tollendum voluntatem vel dispositionem factam per verba derogatoria sufficit qd in secunda fiat mẽtio qualitatis prime:licet latior nõ fiat specificatio.ff.de leg.j.l.si mihi ⁊ tibi.§.in legatis. Constat autem qd in vltimis literis illis de romanis concessis dominus sigismundus satis exprimit qualitatem literarum comiti concessarum : dum dicit non obstantibus quibuscunq; literis per dominum genitorem nostrũ vel nos sub quacunq; forma baronibus ⁊c.concessis ⁊c.

25 ¶†Item qui recte inspicit verba priuilegij comperiet qd hic nõ est reuocatio generalis:sed specialis:quia princeps voluit omnia haberi pro expressis et pro insertis de plenitudine potestatis ex certa sciẽtia:vt patet ex tenore priuilegij: ergo pro talibus debent haberi ac si vere et naturaliter fuissent inserte. Paria enim sunt quid naturaliter inesse ⁊ per priuilegium principis cum oĩa sibi liceant:vt.s.dictum est.⁊ est casus.ff.de excu.tuto.l.cum ex ratione.

26 ¶†Sicut em̃ quis nobilis ex naturali origine efficitur/ita ⁊ per principis priuilegium:vt ibi.idem de ingenito.l.quero.de nat. resti.⁊ probatur. C.vbi senatores vel clarissi.l.quotiens.§.viros. ¶Item et hic omnia sunt expressa vel pro expressis habita:que idem important / vt dictum est.Et hoc facere potest princeps ⁊ etiam statutum vt paria sint quem esse ciuem vel haberi pro ciue.ff.de adulte.l.si postulauerit.et plenius ponit Barto.in.l. si is qui pro emptore.ff.de vsucap.in materia fictionis.

27 ¶†Item expressuz dr multis modis in genere/in specie ⁊ in diuiduo:vt.ff.de vulg.⁊ pup.l.j.in prin.in.ij.q.per Bar.Illud etiaz dicitur expressum quod sub

verbis gñalibus cōprehendi pōt ex mente proferentis. Et iō pupillaris substitutio in breuiloqua ꝛ compēdiosa comprehensa dicitur expressa: licet verbis generalibus ꝛ tantum effectum operatur ad excludendum matrem ꝛ alios effectus operandi ac si esset expressa verbis specialibus vel singularibus: vt ibi no. ꝛ in. l. centurio. ꝛ. l. lucius. eo. ti. ꝛ. c. si pater. de testa. lib. vj. Significatio eñ verborum non repugnat ꝛ voluntati testatoris congruit. vt ibi. ꝛ. ff. de lega. j. l. ab omnibus. §. j. tunc enim tantum operatur generalis clausula sicut specialis. l. si duo. ꝛ. l. si plures. de admi. tuto. ꝛ. l. omnes. C. de prescript. xxx. annorum cum si. ¶ De volūtate enim clare constat tam ex tenore literarū ꝙ etiam ex vicinitate ꝛ propinquitate temporis ex qua presumitur sciuisse scire ꝛ recordari de literis concessis in fauorem dicti comitis ꝛ qḋ illas ex certa scientia reuocauit. arg. optimum. ff. de priuile. credi. l. si ventri. §. in bonis. ꝛ de dona. post contractum. ꝛ qḋ ibi ple. no. per Bar. ꝛ de renū. c. fi. lib. vj. ꝛ facit qḋ no. per Jo. mo. in. c. scienti. de reg. iur. li. vj. ꝛ in hoc nulla videtur dubitatio quin videatur facta expressa reuocatio. ¶ Item est hic aduertendum qḋ litere seu priuilegiū dicti comitis non sunt pure ꝛ clare sed conditionate ꝛ causate in forma satis cōmuni: secus autem est de illis de romanis.

28 ¶ † Ad quartum dubium est iam satisfactū per predicta: quid eñ importent verba ex certa scientia iam est dictū: ꝛ vltra iura supra alleg. De his verbis habetur de iudi. c. j. in cle. de iureiur. c. j. penul. col. in cle. Et de coꝝ significato habetur per Bar. de offi. dele. c. pastoralis. §. preterea. ꝛ de confir. vti. vel inutili. c. porrecta. per eūdem. Et dicit Jo. an. eo. ti. in. c. venerabilis. qḋ hec verba ex certa scientia sunt tante virtutis qḋ validant gratiam: rescriptum: seu priuilegiū qḋ al's non valeret. ad qḋ facit. c. j. in fi. vt lite penden. in cle. spe. tangit in ti. de instru. edi. §. nunc aūt videndum. ver. ꝛ scias. ꝛ per Alb. in prohemio. ff. §. j. vbi pulchre. ꝛ de hoc etiam tetigi. S. circa primum dubium. ¶ De verbis autem de plenitudine ꝛc. de plenitudine iuris sui habetur de immuni. eccle. c. j. lib. vj. de plenitudine iusticie. extra de foro compe. ex tenore. De plenitudine pontificis. extra de aucto. ꝛ vsu palliȷ̄. c. cum sis. de plenitudine honoris canonici. ¶ Et de plenitudine potestatis supplentis omnem defectum ꝛc. quid importent habetur extra de conces. preben. c. proposuit. ꝛ ibi bonus tex. est etiam alius notabilis tex. in. c. j. in fi. vt lite pen. in cle. ¶ Licet enim per illaꝫ clausulam nō possit princeps tollere iura naturalia: vt in. c. pastoralis. §. ceterum. de sen. et re iudi. in cle. Potest tñ tollere ea que sunt iuris positiui ꝛ que ab eius potestate depēdent: vt ibi no. per Pan. ꝛ latius per Guil. de monte lau. potest ergo tollere pedagiū p p̄dicta. ¶ Itē etiā interdū vnꝰ simplex iudex supplet defectū partis ex certa scientia. vt. l. bonoꝝ. C. qui admitti ad bonoꝝ pos. possint. ꝛ ibi Bal.

29 ¶ † De istis autem verbis toties quoties habetur. ff. de dam. infect. l. iiȷ̄. §. toties. ꝛ importat actum iterabilem. S. de arbi. l. si duo. in fi. Toties quoties. insti. de eo cui libertatis causa bona adiȷ̄ciuntur. §. in primis. ꝛ si familia furtum fecisse dicat. l. j. in prin. ¶ Quoties hoc vbū intelligitur quādiu fieri pōt id de quo agitur nisi tempus fuerit appositū. ff. quibus mo. vsufructus amittatur. l. sicut. ꝛ de eden. veluti. ꝛ de arbitris. si duo. in fi. ꝛ de transac. qui fideꝫ. C. eodē ti. l. cū proponas. de arbitris si quis rem. ꝛ in aut. de indi. §. quia vero. ꝛ ibi glo. ¶ Et differunt quotiens ꝛ rursus in reiteratione vt no. de leg. iȷ̄. l. fideicōmissum. §. si quis. x. ꝛ ibi no. p Dy. ꝛ de indicta vidui. tol. l. legem. ꝛ vide qḋ ibi not. per Alber. Item de ver. quotiens habetur. C. qui satisdare coguntur quoties. de interroga. actio. l. j. extra de iura. calum. c. iȷ̄. ꝛ de procur. si quem. lib. vj. et. C. de rei ven. l. quotiens. ¶ De verbis quotienscunq̄ habetur de le. iȷ̄. l. vxor. §. testamento quo filium. ꝛ de vaca. munerum. l. j. in princip. et de decurionibus. l.

quotiescumq;.li.x. De quotiescunq; et similibus quod intelligitur tantum de secunda vice.ff.de lega.iij.l.fideicommissum.§.si quis.x.maxime in penalibus.l.veluti.ff.de eden.τ hoc ponit Specu.in titu.de arbitris.§.vt autem.τ ibi Jo. and.in addi.super verbo,semel vel pluries. ¶In contrarium no.ff.de transa.l.qui fidem.in glos.fina.τ.ff.de arbi.l.si duo.§.fina. ¶Pro nunc saluo meliori iudicio τ latiori deliberatione crederem q illa verba intelligerentur de secunda vice per iura primo allegata:quia est penale:τ odiosum. ¶Nec obstant.l.qui fidem.τ.l.si duo.quia ibi debebatur pena ex conuentione partium: ideo debet parti imputari.quia ad hoc se astrinxit super quo multum non insisto: quia hic non stat pondus negotij.Joan.fab.tangit.institu.de verbo.obliga.§.non solum.τ Salyce.ad.l.iuliam.de vi publica.l.seruos.in prin.

¶De alijs verbis sano principum consilio τc.habetur.C.de legi.l.humanum.τ.l.fina.eodem titu.τ in feu.de prohibi.feu.alie.per frede.circa princi.τ.C.ne filius pro patre.auten.habita.et credo q ista verba non sint necessaria: licet sint de bene esse τ de more principis sit facere.vt not.glos.in dicto princip.de prohib.feud.alie.per frederi.τ q non importent necessitatem.not.Joan.fab.institu.de iure naturali.§.sed quod principi.et ea in quibus habentur hec verba rectius presumuntur facta:quia integrum est iudicium:quod plurimorum sententijs confirmatur.extra de officio deleg.c.prudentiam.§.j.licet omnia gesta per principem de consilio suorum procerum facta presumantur: nunq enim est solus sine eis.C.de testamen.l.omnia.et quod ibi nota.

¶Super quinto dubio non videtur mihi insistendum: quia siue castrum pisantiani sit in comitatu siue extra:illi de romanis sunt a prestatione pedagij quod ibi exigitur exempti per ea que dicta sunt.Et ideo nihil videtur dicendum. ¶Sed an dictus dominus imperator in dicto loco pisantiani quod tenetur de feudo ecclesie sancti bernardi potuerit priuilegium vel immunitatem super dicto pedagio concedere credo quod sic.Jura enim humana regum sunt:nec alio iure possideri possunt.viij.distin.quo iure.Unde licet rex vel imperator non possit clericum in persona punire:puniet tamen in patrimonio quod ei subest.C.de episco.audien.l.addictos supplicio.τ quod ibi not.

¶Et ideo dicit Inno.extra de fo.competen.c.postulasti. quod eius constitutio ligat possessiones clericorum.argu.viij.distin.que contra.facit optime qd
30 nota.eo.titu.ex parte.per Innocen.in glos.fina.†Ratione enim temporalium clerici regibus sunt subiecti.xj.q.j.his ita.xxiij.q.iij.§.fina.τ not.de maiori.et obedien.c.solite.de episco.τ cler.l.de his.τ quod ibi not.per Bald.τ docto.Si ergo potest ligare res clericorum:multo ergo magis soluere τ liberare per predicta.Item τ de feudo,ecclesie coram iudice feudi agitur.de iudi.ceterum.τ de foro compe.ex transmissa.τ.c.verum.Quod dei filius recognoscens tributum soluit.xj.q.j.magnum iubens reddere que sunt cesaris cesari: τ que sunt dei deo.Mat.xxij. ¶Facit ad premissa.iiij.Reg.xxij. vbi rex precipit pontifici in temporalibus.τ.C.de testa.l.consulta,diualia.facit quod eleganter not.extra de sen.excom.nouiter per Inno.in glo.super verbo libertatis.vbi dicit qd in temporalibus in quibus imperator generaliter vniuersis clericis τ laicis preest priuilegium cōcedere potest.Ex quibus patet clare q princeps Romanus etiam in loco quod tenetur de feudo ecclesie potest immunitatem seu priuilegium cōcedere:quia est temporale:τ de re prophana τ temporali agitur:τ res concernentes sup quibus etiā ligant pōtifices.ff.de mu.τ ho.l.munerum.§.patrimoniorum.

31 ¶Ad aliud dubiū quo q̄rit an an̄ susceptas coronas rex romanorum possit priuilegia ɔcedere.Ista est antiqua questio τ plene p doc.disputata:τ specialiter p Jacobū de are.vt referunt Cy.τ Albe.C.de quadrien.prescrip.l.bene a zenone.τ

ibi tenent quod potest: et ponit ibi Alberi. multa pulchra de potestate imperatoris. Idem ibi tenet Bart. ¶ Jaco. de bello visu etiam disputauit in autenti. de administra. colla. vij. Hostien. in capitu. super quibusdam. de verbo. significatione. Licet autem ante coronationem vocetur rex romanorum et non imperator. extra de electio. per venerabilem. et nota super data. libro. vj. per Joan. an. attamen ita est dominus vniuersalis ante coronationem sicut post: et pot privilegia concedere et administrare. casus est in. c. super quibusdam. et in cap. romani principes. de iureiuran. in cle. et hoc ibi tenet Joan. andree super verbo reges. Idem paulus ibidem. Hanc partem tenet Spe. de rescriptorum presentatione. §. fina. versicu. item quod non est obtentum. et ibi etiam plene per Joan. andree in additioni. qui hanc partem tenet expresse. et facit quod no. Inno. in dicto capi. per venerabilem. de electio. Idem tenet Bar. in extrauaganti ad
32 reprimendam. circa prin. super verbo imperator. ¶ † Item et potest etiam ante coronationem reuocare priuilegia suorum predecessorum vt habetur ibidem per Bart. Non enim potuit predecessor disponere post mortem suam nec imponere legem successori. et ideo successor potest leges predecessoris reuocare. C. de legi. l. digna vox. et ibi plene not. et ponit Jo. mo. in capitu. j. in gl. magna de consti. lib. vj. notabiliter. et Bal. de sen. ex periculo recitan. l. hac lege. et facit sm Bal. l. prouidendum. C. de decurio. lib. x. et est text. in alle. capitu. dudum. §. nos etenim. de sepultu. in clemen. ¶ Quicquid dicat Jo. fa. in. §. sed naturalis. insti. de iure naturali. qui allegat Hostien. qui salua pace videtur dicere contrariu. ¶ Et non est mirum si princeps romanus priuilegia per predecessores cocessa possit reuocare nec ligant successorem: quia princeps non habet ab eo causam: quia ius non transit in eum per successionem: sed de nouo creatur et sibi datur per electione. de preben. dilecto. et de electio. venerabilem. facit. ff. de precario. l. quesitum. §. vltimo. Et ad premissa facit. ff. de pig. l. lex vectigali fundo. et. ff. locati. l. si quis domum. et ita dicit Bal. ff. de consti. princi. l. prima. in princ. cuius sunt dicta verba. facit quod no. de electio. vbi mauis. in glo. magna per archi.
33 ¶ † Ad primum dubium patet responsio ex premissis. Si enim non constat de titulo pedagij non videtur valere nisi constaret de longissima consuetudine vel prescriptione que habetur pro titulo. vt. ff. de aqua quotidia. et esti. l. hoc iure. §. ductus a que. et in dicto capitu. super quibusdam. §. preterea. de verborum significatio. et vt. s. dixi etiam requiritur bona fides propter presumptione violentie pignorationis arresti: et timoris seu clandestinitatis per istos barones factis et illatis: et specialiter temporibus retroactis: vt supra dixi in euidetialibus. ¶ Si igitur de titulo vel iure comitis non constet non est necesse de reuocatione querere: nulla enim eo casu necessaria est reuocatio: quia quod nullum est: reuocari no potest. l. nam et si. §. post defectum. ff. de iniusto rupto et irrito testamento facit. l. si quide. C. de excep. In casu vero quo constaret de titulo vel alio quod pro titulo habeatur tuc succedit reuocatio que potuit fieri per premissa allegata.

¶ Summarium.

1 ☞ Ordinatio que interlocutoria dicatur.
2 Sententia diffinitiua que dicatur.
3 Appellatio quando deserta dicatur.
4 Appellatio in scriptis fieri debet.
5 Attentata non reuocantur appellatione deserta.
6 Attentata quando reuocari possint et quando non. et nu. seq.
9 Litere inhibitorie cocesse a quo tempore operari incipiant.
10 Judex ad que iudici a quo no inhibebit nisi costet negotiu ad se deuolutum.

¶ Consilium. lxvj.

a In facto presupponitur quod venerabilis vir dominus officialis vien. de anno domini Mill. cccclxvj. et die. xxviij. mensis iunij quandam causam appellationis coram eo vertentem inter Joannem ⁊ fratres coyreti fratres appellantes ex vna parte: ⁊ ioannem borelli appellatum ex altera diffiniuit in qua diffinitione dicte cause inter cetera cōdēnauit dictum borrelli in expensis dictorum coyretorum: a qua sententia non fuit appellatum per dictum borrelli: sed trāsiuit in rem iudicatam. Et que expense ex post per dictum dominū officialem seu eius locūten. fuerunt taxate ad. xxxvj. floren. ix. grossos tres liardos ⁊ duos den. monete regie vel dalphin. Et inde fuit ipse borrelli de soluendo dictas expensas monitus infra octo dies alias excommunicabatur. Aduersus quā monitionem ipse borrelli se opposuit. Et fuit inde coram dicto dño officiali vien. altercatum per sex menses super dicta taxa. Et finaliter venerabilis dominus bertrandus merleti decretorū doc. locūtenen. dicti domini officialis partibus plene auditis ordinauit die. xvij. mensis septēbris proxime lapsi dictas literas monitorias cōtra dictū borrelli de ⁊ pro dicta summa currere debere suo marte. Que litere ordinationis dicti domini bertrādi fuerūt execute contra dictū borrelli anteꝙ̄ litere citatorie ⁊ inhibitorie venerabilis ⁊ egregij viri domini iudicis primacialis vien. exequerētur cōtra dictos coyretos. ¶ Ex quibus sic premissis oriuntur dubia subscripta in iure examinanda ⁊ decidenda pro declaratione iuris dictorum coyretorum.

¶ Primum dubium si dicta ordinatio qd dicte litere monitorie currant suo marte a qua ordinatione pretenditur ex aduerso appellatio sit interlocutoria vel diffinitiua. ¶ Secūdū dubiū si appellatio dicti borrelli qui a dicta ordinatione viua voce ⁊ nō in scriptis appellauit sit ob id deserta et inualida. ¶ Tertiū dubiū ⁊ si dici posset dicta ordinatio vim diffinitiue obtinere. Si debuerit etiā in scriptis appellari. ¶ Quartū dubiū si attētata contra dictū borelli debeant reuocari per modū attētati.

b ¶ Ad primū dubiū dico quod dicta ordinatio est ⁊ cēseri debet interlocutoria: quia omnis pronunciatio ⁊ sentētia lata in executionem sententie diffinitiue prout in casu nostro est interlocutoria. vt clare sentit Pe. Jaco. in titulo de actione in factum ex re iudicata: in. §. sed quid erit preses vel alter iudex ⁊c. in fine. ibi licet secus sit in casu qn appellatur a diffinitiua ⁊c. ¶ Idem sentit Bar. in. l. si cum exceptione. §. hec autem actio. in gl. super verbo datā. ff. quod met. causa. idem ibi dicit Bar. qd licet ab executore nō appellatur tñ ab interlocutoria de exequēdo bene potest appellari: ⁊ sic ordinationē super executiōe sententie appellat interlocutoriam. ¶ Plus alibi dicit Bart. quod quando appellatur ab executione sine causa ; est in appellatione inserēda. ita dicit ipse Bart. in. l. ab executore. in. j. col. ff. de app. Si enim cā est inserēda: ergo in scriptis est appellādū de iure. c. cordi. de appel. li. vj. ⁊ cēseri debet interlocutoria vt

a ¶ In facto psupponit. de materia istarum allegationū vide. plene. j. cōsi. lxix. ⁊ consi. cxvij.

in.d.c.cordi.& faciunt not.per Bar.in.l.ij.& in.l.eius.ff.de ap-
pella.Et facit ratio quia quod sententia exequatur non diffi-
nitur principale negociū idō nō est talis pnūciatio diffinitiua.
2 Quia diffinitiua sentētia est que diffinit principalē questionē
vt dicit Spec.in ti.de snia.§.species.versi.j.& versi. diffinitiua
facit.l.j.ff.de re iudi.Et quod talis pronunciatio que fit in exe
cutionem diffinitiue sententie sit interlocutoria tenet Bal.i.l.
ab executore.C.quorū appel.nō recipiuntur.in omni eñ nego-
cio nō est nisi vna sententia diffinitiua que debet cōtinere ab-
solutionem vel cōdēnationē & alie que precedunt et exequunt
sunt interlocutorie.per ea que dicit Bar.in.l.ij.ff.de appel.re-
cipien.& Pet.Ja.& Specu.in locis preallegatis.Et qđ taxatio
expēsarum de quibus in hac causa agitur facta in executionē
sententie diffinitiue domini offi.a quo dicatur interlocutoria
dixit Jo.ferrarij in ti.forma appellationis ab interlocutoria.
in glo.penul.in fi.ibi.nam & hoc fieri contingit in grauē illato
circa executionem sentētie & expēsarum taxationem &c.faciū t
etiam pro hoc quod dicit Bar.post Dy.videlicet qđ sententia
super missione in possessionē ex secundo decreto est interlocu-
toria licet tribuat ius quia nō diffinit negocium principale in
dicta.l.ij.ff.de appel.recipien.et in.l.si finita.§.iulianus.et.§.si
forte.ff.de dāno infecto.idē tenet Odofre.in auten.qua in pro
uincia.C.vbi de crimine agi oporteat.Sic etiam pronunciatio
de mittēdo in possessionem ex beneficio legis edicto.C.de edi
cto diui adri.tol.est interlocutoria vbi cōtradictor non appa-
ret vt dicit Jo.ferrarij in titulo libellus in quo petitur heredē
ex testamento in glo.super verbis per vestram diffinitiuā sen-
tentiam:qui pro hoc allegat dicta Cy.in dicta.l.si de edic.diui
adri.tollendo.et hoc de primo dubio.
3 ¶†Ad secundum dubiū dico quod cum dictus borrellia dicta
pronunciatione que est sententia interlocutoria vt.s.late de-
claratur non appellauerit in scriptis inserendo de causis pre-
tensi grauaminis quod eius appellatio est deserta & inualida
et pro non appellante debet reputari:et causa est remittenda
dicto domino officiali vieñ.a quo pro sua ordinatione exequē
da.iuxta dictum capi.cordi.de appella.In appellatione enim
ab interlocutoria debet causa pretensi grauaminis exprimi et
specificari al's appellatio redditur inutilis vt habetur in cap.
vt debitus.extra de ap.& in.d.c.cordi.& no.per glo.in.l.iñ.in fi.
cum.l.seq.et ibi Barto.ff.de appel.Nec sufficit generaliter vel
obscure illas ppponere:sꝫ expressim & specialr sunt nominande
in cle.appellanti.extra eo.ti.& ibi per doc.et hoc de scđo dubio.
a ¶Appellasse.Uid.s. cōsi.xxxviij. & vsi.pterea. ¶†Ad tertiū dubium respondeo quod posito et non concesso
4 quod dicta ordinatio interlocutoria a qua ex aduerso preten-
ditur appellatum dici posset obtinere vim diffinitiue snie qđ
nihilominus debuisset ipse borrelli in scriptis appellasse [a] vt
b ¶ Dico attētata.vide.s.cō.iiij. de materia attentatorum. dicit & tenet Jo.ano.in.c.cupiētes in.§.qđ si per.xx.dies.super
verbo priuato de elec.lib.vj.& hoc de tertio dubio.
5 ¶†Ad quartū dubiū dico attētata [b] p pte dictorū correctorū ꝫ
dictū borrelli nō esse reuocanda p modū attētati cū dicta eius

appellatio sit deserta per supra circa primũ scdm & tertium dubia allegata: qr ubi appellatio est deserta de qua desertione potest in promptu apparere: ut in casu isto: attentata non reuocãtur per decisione rote pec regulã dolo petit &c. et per. l. si is a quo. ff. ut in pos. legatorum hodie constat hodie agatur. extra de re iudic. c. cum olim. & de resti. spolia. ca. literas.

6 ¶†Preterea quando appellatur ab interlocutoria, ut in casu de quo hic agitur attentata ante inhibitionem non reuocantur donec cognito de causa appellationis tex. est ad literã in. c. non solum ibi: illa vero que post &c. de appel. lib. vj. Sed executio dictarum literarum aggrauatoriarum contra dictum borrelli fuit facta ante executionem literarum inhibitoriarum igitur &c. non enim sufficit concedere literas inhibitorias quia non habent effectũ donec post executionem ipsarum ut infra dicam in versi. Nec obstat si ex aduerso dicatur &c.

7 ¶†Alia etiam ratione quia si appellaretur a diffinitiua et constaret appellationem iniustam vel nullam attentata ante inhibitionem non reuocarẽtur ut dicit et tenet Joan. mo. in. d. c. cupientes in. §. peñ. de elec. lib. vj. & pro hoc facit quod ponit notabiliter Inn. in. c. pastoralis. super verbo suspendatur. ibi: sed si non est dubium sed certum appellationem iniustam exequantur sententiã iudices &c. de offi. delega. hoc etiam idem, not. per glo. ibi: quod si patenter appareat &c. ff. nil no. appella. pen. quã glo. ibi sequitur Bar.

8 ¶†Ideo dicendum est attentata per dictos corretos contra dictum borreli videlicet executionem dictarum literarum aggrauatoriarum domini bertrandi morbeti non esse per modum attentati reuocãdam cũ ex actis appareat appellationẽ dicti borrelli nullam & inualidam ut supra in secundo dubio declarat. ¶Nec obstat si ex aduerso dicatur quod dicte litere citatorie & inhibitorie continent inhibitionem dilatione pendente. Quia non fuerunt dicte litere inhibitorie execute contra dictos corretos nisi die. viij. mẽsis nouembris proxime preteriti et tamen attentata videlicet executio dictarum literarum aggrauatoriarum contra dictum borrelli fuit facta. die. xviij. mensis octob. proxime preteriti. & sic ante dictam executionem literarum inhibitoriarum. Ideo non venit

9 ipsa executio reuocanda per modum attentati.† Nam sola concessio literarũ inhibitoriarũ nihil operari debet nisi a tempore executionis eiusdẽ: quia verba cum effectu sunt accipienda. l. j. §. fi. ff. quod quisq iuris. cum si. hinc est qđ dicitur qđ discussio fiẽda in bonis debitorum anteq perueniatur in hypothecaria contra terminos possessorios debet fieri ipsa discussio cum effectu quia non sufficit qđ debitor principalis sit cõdemnatus nisi ipse & eius bona discutiantur et fiat realis executio contra eum iuxta ea que leguntur et not. in aut. hoc si debitor. C. de pigno. & in aut. hodie. C. de actio. & oblig.

10 ¶†Preterea qñ appellat ab interlocutoria ut in casu isto iudex ad quẽ non debet inhibere iudici a quo nisi prius sibi constiterit per appellationẽ emissaz ex cã probabili fore ad se negociũ deuolutũ ut dicit tex. in. d. c. nõ solũ. circa fi. ibi. nisi iudex appellationis postq sibi cõstiterit. §. & sequitur. Ex causa probabili fore ad se negociũ deuolutũ &c. Iz vobis venerabili & egregio viro dño iudici primatialis vieñ. ipe quo cõcessistis dictas literas inhibitorias dilatione pẽdẽte nõ cõstitit qđ dicta cã appellationis fuisset ad vos ex cã probabili deuoluta qr nõ fuit appellatũ in scriptis: & sic de aliqua cã rõnabili appellãdi vobis non potuit cõstare: imo qđ deterius est in cõcessione dictarũ literarũ citatoriarũ & inhibitoriarũ dilatiõe pẽdẽte nõ fuit vobis exhibitũ realr instrumẽtũ appellatiõis sed tñmõ vbo ad relationẽ notarij q dicebat ipsam appellationẽ recepisse: igitur nõ valuit dicta inhibitio dilatione pendente & per consequens nullũ prebuit impedimentũ quominus ipsi corzeti appellati potuerint dictas corz lfas

aggrauatorias contra dictum borreli exequi facere iurta.c.non prestat.de reg. iur.lib.vj.cum multis simi.z hoc de quarto z vlti.dubio.

¶Summarium.

1 Petitio contraria continens inepta censetur.
2 Incertitudo petitioni inserta ipsam vitiabit.
3 Interdictum recuperande z retinende possessionis quando quis nequeat intentare.
4 Violentia z clandestinitas cessare faciunt interdictum pos.retinenda.
5 Interdictum recuperande locum habet tantum in his qui solo deijciuntur.
6 Recusatio de soluendo annuam prestationem qñ inducat spoliationem.
7 Testes de auditu alieno deponentes non audiuntur.
8 Iudex competens quis sit in materia petitorij tractãda.
9 Clerici coram suo iudice debent conueniri.
10 Menium refectioni contribuere qui debeant.

¶Consilium.lxvij.

In causa dudū mota in curia senescallie valen.z dien.in sedē montillij et nunc deuoluta per appellationē in curia maiori appellationum et nullitatum totius Dalphiñ.ad causam pretensi vinteni:de quo infra fiet mentio inter ludouicum grangerū:petrum de quercore:iacobum auberti:vincentium greffat.ioãnem de monte et eis in hac parte adherentes ex vna parte.Et consules siue syndicos loci sauzeti ex altera.nobilis nicolaus de prato comitali se gerens pro vicesenechallo in sede predicta male nulliter z indebite dictã causaz diffiniuit.Et non mirandū si male iudicauerit quia iura ignorat z magis versatur circa alia ꝙ circa iura Ideo venit dicta sententia annullanda z reuocanda causis et rationibus inferius in iure declarandis. ¶Pro dicendorum tamen euidentia premitto primo quod dicti consules sauzeti in actis prime instantie fecerunt duas diuersas petitiones die vicesimaseptima mensis Augusti.M.cccclxij. concludentes vna in interdicto retinende et alia in interdicto recuperande pretense eorum possessionis dicti vinteni.Et similiter concluserunt ipsi consules in illis duobus interdictis in eorum articulis in eadem prima instantia traditis incipientibus ad elidendū zc.¶Secundo premitto qđ dicta petitio est alternatiue et sub conditione facta per verba ibi.Et si et quatenus electi fuerint zc.petendo se manuteneri in eorum pretensa possessione dicti vinteni.Et si deiecti fuerint se in eadem reintegrari ex forma statuti si quis per literas zc.¶Tertio premitto quod illa duo interdicta retinende et recuperande sunt sibi adinuicem contraria: quia per interdictum retinē de qz dicit se esse in possessione.l.j.z per to.ff.vti.pos.et.C.eo.per to. z per aliud interdictum recuperande dicit se spoliatuz.ff.de vi z vi ar.per to.z.C.vnde vi. per to.Et satis fatentur dicti consules dictas eorum petitiones esse diuersas et contrarias adijciendo in dicta eorum petitione dictionem z que continugit diuersa in.l.si.ff.de ali.z ciba.lega.z.l.ea tamen.ff.de leg.iij. ¶Quarto premitto quod dictus vicesenescallus insequendo petita per dictos consules etiaz iudicauit simul super dictis duobus interdictis retinende z recuperãde:z ibi fuit error peior priore.

1 ¶Quibus sic presuppositis dicendum est dictam petitionem dictorum consulum sauzeti tanꝙ contraria continentem fuisse inepte z ciuiliter factã iurta l.j.cum ibi no.C.de fur.Et dictam sententiam inde ẽm conclusa in dicta petitione prolatam fuisse nullam z inciuilem:quia illa duo sibi adinuicez contraria non possunt simul stare in eodem subiecto,l.si ancillam,ff.pro so.et.l. tytio

si non nupserit.ff.de condi.et demõstra.ideo dicti consules tanq̃ cõtraria proponentes et petentes non erant nec veniunt audiẽdi. Nec talis petitio admittenda.vt probatur in.c.j.extra de postul.prela. vbi expresse ponuntur gerũdia que cum sint contrarie nature precedentibus ideo propter aduersitatem et contrarietatem nullam efficitur quicquid agitur vt ibi: et propterea debebat ipse vicesenescallus dictos de montillio absoluere ab impetitionibus dictorum consulum causante dicta contrarietate etiam si pars non opposuisset: vt not.per Bart.in.l.naturaliter.§.nihil.ff.de acqui.pos.in versi.cõbinatio est &c.

2 ¶†Est etiam dicta petitio consulum sauzeti incerta per verba ibi.si et quatenus eiecti &c.quia dicta dictio si/est incerta.in.l.sufficit.ff.de cõdi.et que incertitudo contingit facto et culpa dictorum consulum agentiũ qui debebant esse certi si ipsi erãt in possessione dicti vinteni turbati vel ea spoliati. Nec aliqua ignorantia potest eos excusare cum sint actores originarij et debebant de suis pretensis iuribus prius esse certi q̃ agere iuxta.l.qui in alterius.§.fi.ff. de regu.iur.cum si.Ideo non debuit iudicari super illa incerta petitione. vt not.in l.j.§.quia autem.ff.quorum lega.et facit.l.j.in fi.ff.si pars heredita.petatur.et faciunt no.per Innocen.in.c.constitutus.de in integrũ resti. Quia petitio debet esse clara.l.si in rem.ff.de rei vendi.et in auc.de testa.imperfect.in prin. col.viij.et sententia clara et certa alias si sit dubia vel incerta vt in casu de quo agitur quia per verba dicte snie nescit si ipsi consules debeãt in eorũ pretẽsa possessione manuteneri vel in eadẽ restitui:q: snia cõtinet duo capita sub illa incertitudine:si et quatenus eiecti &c.ideo nulliter fuit lata iuxta ea que legũtur et no.in.§.curare.insti.de actio.et no.Jo.ferrarij.in ti.forma sententie diffinitiue in prima glo.in.vj.col.idem etiã dicit ipse Jo.ferrarij in ti.forma respõsionis rei conuenti.in glo.super verbo libellus est incertus.Ideo alibi dicit Bal. quod si iudex condemnet aliquem ad soluendum decẽ reseruata sibi exceptione solutionis qd talis snia non vz:quia summa soluenda per talem sententiã est incerta in.l.peremptorias.C.senten.rescin.non posse.

3 ¶†Imo quod plus est dicti consules sauzeti non possunt pretẽdere nec intẽtare interdictum recuperande neq̃ retinende possessionis seu quasi dicti pretensi vinteni quia vt patet in literis querele dictorum de mõtillio in prima instantia productis et insertis alijs passibus ipsorum actorum principalium dicti consules sauzeti sine cause cognitione dudum fecerunt apponi cruces et sequestrationes in bladum et gerberijs dictorum de montillio ad obtinendum solutionem dicti vinteni ex aduerso pretensi.Ex quibus sequestrationibus et saysinis presumendũ est pretensum possessorium partis aduerse si de eo legitime appareat fuisse et esse violentũ vel clandestinum iuxta.l.fi.in.§.penul.ff.quod met.cau.et no.extra de postu.prela.in.c.bone per Inn.et in.c.si diligenti.de prescrip.vbi etiã per Inn.et per Jo.fa.et doc.in.l.si certis.C.de pac.et ipse Jo.fa.insti.de acti.§.eque.in.iij.q.in prin.circa fi.in versi.Illud autẽ no.&c.vbi ipse Jo.fab.hoc ponit notabiliter.et Bal.in.l.j.C.de senten.et interlo.om.iudi.

4 ¶†Que violẽtia vel clãdestinitas cessare facit interdictũ retinende possessionis ex aduerso etiã intentatum per.l.j.in prin.ibi.nec vi:nec clam.ff. vti possi. ¶Alia etiã rõne nõ hz locũ in casu de quo agit dictũ interdictũ retinẽde possessionis:cum ipsi cõsules sauzeti nõ probauerint in prima nec presenti instãtijs per testes nec alias se non possidere seu quasi dictũ pretensum vintenum non vi non clam non precario:prout tñ est necesse probare agere volenti in hoc interdicto obtinere:et si non probet debet agens succumbere.vt tenet glo.per expressum.ff.de iti.actuq̃ priua.l.j.§.hoc interdicto.in glo.super verbo .iure seruitutis.et tenent doc.canoniste in.c.bone.extra de postu.prela.q: qñ negatiua

est causa intentionis agentis vt in casu isto illa debet per agentem probari. iuxta no.per Bar.in.l.hoc iure.& in.l.in illa stipulatione.ff.de verborum obligatione. ¶ Et licet Dy.& Ja.vt refert Jo.fab.insti.de interdic.in.§.retinende.voluerint dicere quod sufficiat agenti probare se esse in possessione & quod ex illa probatione incumbat reo probatio quod agens possideat vi/clam/vel precario. ¶ Ad hoc responderi potest dupliciter. primo quod dicti de montillio per acta prime instantie satis probant dictam pretensam possessionem partis aduerse esse violentam vel clandestinam.vt.s.declaraui late in vers.Jmo quod plus est &c. Secundo potest responderi quod potius est iudicandum pro opinione dicte glosse. in dicto verbo iure seruitutis.cum sit approbata per docto. canonistas in.d.c. bone.pro opi.aliorum videlicet Dy.aut Joan. fab. Quia vbi glossa firmat pedem et est approbata per aliquem doc.famosum pro ea est iudicandum vt dicit Jac.de butri.in.l.j.C.qui pro sua iurisditione. ¶ Nec obstat ad premissa depositio primi testis et ceterorum aliorum testium in prima instantia examinatorum qui licet videantur deponere quod dicti de sauzeto dictum vintenum exegerunt non vi non clam nec precario ipsas tamen depositiones referuntur quo ad illos de mandamento sauzeti quia de alijs circumuicinis dicunt se nihil scire nisi auditu dici alieno:quorum depositiones propterea non probant & sic remanet supra proxime scripta conclusio esse de iure vera quod non probauerunt se esse in possessione predicta non vi / non clam / nec precario/ quo ad illos de montillio.

5 ¶ † Nec etiam obtinere debent dicti consules interdicto recuperande possessionis seu quasi nec per consequens in remedio dicti statuti edicto ad instar dicti interdicti recuperande. Quia interdictum recuperande possessionis habet locum tantummodo in his qui solo deijciuntur in.l.j.§.ad solam.ff.de vi &.vi armata.nec aliquod iudicium possessorium competit pro iuribus incorporalibus vt tenent communiter legiste vt refert & tenet Cy.in.l.si certis annis.ff.de pactis.licet canoniste teneant contrarium in.c.querelam.extra de electione. ¶ Alia etiam ratione in casu de quo hic agitur non habet locum dictum statutum si quis nec aliud iudicium recuperande possessio.seu quasi cumulatiue.ex aduerso intentatum. Nam alterum ex duobus extremis in tali iudicio recuperande requisitis est spoliatio que si non probetur agens debet succumbere: vt sunt iura vulgata etiam ex forma dicti statuti si quis per verba. ibi: probata possessione & electione &c. Sed per processum non apparet de spoliatione.ideo dictus dominus vicesenescallus a quo protulisse debuisset sententiam absolutoriam respectu huius.iudicij possessorij recuperande. ¶ Et si dicatur quod in iuribus incorporalibus:prout sunt exactiones decimarum pedagiorum vintenorum et similium:contradictio de soluendo causat spoliationem vt dicit Jo. fab.in.d.§.retinende. Ad hoc potest responderi quod per acta prime instantie non apparet de aliqua contradictione quam fecerint dicti de montillio. ¶ Et si dicatur quod ipsi de montillio per literas vicesenescalli a quo fecerunt tolli cruces & saysinas in eorum blada appositas hoc facere iuridice potuerunt cum saysine et similia impedimenta sunt a iure prohibita nisi dubitaretur de fuga debitoris vel ipse debitor esset prodigus vel inops: vt ponit late Bar.in.l. mulier.ff.de lege commissoria.ibi:& est ista lex in argumentum &c. de quorum numero non sunt dicti de montillio. Igitur ex remotione saysine non potest dici spoliatio. ¶ Maxime quia dictas saysinas non fecerunt tolli dicti de montilio animo spoliandi sed vt ipsi de sauzeto exhiberent eorum pretensum titulum impositionis dicti pretensi vinteni ad sciendum si illi de montillio forenses ipsum pretensum vintenum soluere tenerentur. ¶ Et hec intentio dictorum de montillio declaratur in eorum literis querele in prima instantie

productis ibi seu apportaturos. Impositionē p̄tensam dicti pretensi viēteni ⁊c. Similiter etiam animus et intentio dictorum de montillio declarat̄ in actis prime instātie die.xxiij. mensis Aug. in eorum cōparitione. ibi: qđ quotiens de pretensa impositione iam dicti pretensi vinteni ⁊c. ex quo em̄ apparet q̄ dicte saysine nō fuerūt amote aīo spoliādi sed vt ipsi de sauzeto exhiberēt eorū pretēsum titulū sequit̄ qđ nō habuit locū dictum statutū si quis ex adverso alternatiue intentatū: quia ex illo nō potest causari spoliatio quia in spoliatione dol⁹ requirit̄ quo cessante prout in casu nostro cessare dꝫ dispositio dicti statuti si ds arg. in. l. inter oēs. §. recte. ff. de furtis. ⁊ in. l. qui falsus. §. qui alienū. eo. ti. et l. l. si seruum. §. ait pretor. ⁊ ibi glo. super verbo non videtur. ff. de acquiren. hered. ¶ Per nō solutionē em̄ cessando absq̄ expressa denegatione ⁊ animo retinēdi nō causat̄ spoliatio vt dicit Bar. in. l. postq̄. C. quibus mo. vsufructus amittat̄.

6 ¶ † Plus dicit Inno. qđ recusatio de soluēdo annuā prestationē quia debitor non habet vnde vel vult ante oīa informari vt in casu nostro non inducit spoliationem vt in dicto ca. querelam in glo. super verbo subtractam. in princi. ibi secus autem dicerem ⁊c. extra de elec. Et qui animus videlicet qđ ipse debitor recusauerit soluere non animo spoliandi: sed quia volebat ante oīa informari: potest probari iuramento ipsius recusantis: vt plene dixi in statuto si quis in glo. fi. ibi sed qualiter probabitur ille animus ⁊c. vel aliter in casu nostro probatur animus illorum de montillio quod non soluerunt dictum assertum vintenum animo spoliandi: sed vt ipsi de sauzeto eorum pretensum titulum exhiberent vt cognoscerentur per dictum viceballiuum a quo si tenebantur ipsum vintenum soluere. per verba descripta in actis prime instantie dicta die.xxiij. augusti. ⁊ in dictis eorū literis querele. et ita est coniecturandū: dicitur etenim coniectura quando sensus tacite ex litera elicitur vt dicit glo. in. l. apud antiquos super verbo coniecturam. C. de furtis. ⁊ ex tali cōiectura de animo ⁊ intētione illorum de montillio dicitur cōstare in. l. licet. ⁊ ibi tex. ⁊ Bart. ff. de le. j. et ex vi verborum quandoq̄ coniectura colligitur. vt no. per doc. in. l. j. ff. de vulg. et pup. facit etiam tex. in. l. ij. C. de inoffi. testa. vbi etiam fit mentio de hoc v̄bo coniectura. Et non mirandum si ex coniectura fiat probatio: quia prescriptio bene inducit probationem ⁊ ex ea iudicatur in. c. illo. ⁊ ibi no. extra de pign. et in. c. ad nostram. extra de emptio. ⁊ vendi. Restat ergo concludēdum dictos de sauzeto inepte ⁊ temerarie intentasse remedium dicti statuti ⁊ per consequēs dictum vicesenescallum male: nulliter ⁊ indebite super eo iudicasse: dū in sua sententia ibi dicitur. in eaq̄ possessione quatenus expedit et eiecit ⁊c.

7 ¶ † Ulterius etiam respectu negocij principalis clare cōstat dictum dominuꝫ seneschallum male ⁊ indebite iudicasse: quia licet dicti de sauzeto ad p̄bationē eorum pretensi possessorij produxerint in prima instantia ⁊ examinari fecerint decem testes: tamen nouē primi testes licet deponāt vidisse solui dictum pretēsum vintenum habitatoribus ipsius loci sauzeti: quo tamen ad extraneos nō habitantes in mandamento sauzeti nō deponunt de vera scientia: sed tm̄mō de auditu dici alieno: et sic eisdem testibus non erat nec est fides adhibenda. doc. no. in. l. testium. C. de testib⁹. ⁊ habetur in. c. licet ex quadam. extra de testi. quia magis attenditur ratio q̄ dictum testis. vt ple. not. per docto. in. l. solā. C. de testi. Tum quia dicti. ix. primi testes non deponunt quod dicti querelātes de montillio sint aut fuerint in possessione dictum pretensum vintenum soluēdi dictis consulibus de sauzeto. Et licet decimus et vltimus dictorum testium videat̄ deponere de illis de montillio: ipse tn̄ est solus ⁊ singularis: iō nō p̄bat intentionē partis aduerse vt no. l. iurisiurādi in fi. C. de testi. cum si. ⁊ in. c. licet

vniuersis.⁊ in.c.quotiens.⁊.c.licet ex quadam. extra de testibus.⁊ ple.per Cy. in.l.ij.C.que sit longa consue.in certis tamen casibus admittitur testimonium vnius testis quos enumerat spec. in tit.de teste.in.§.restat nunc de numero testium ⁊c.qui tamen casus non concludunt stari tali depositioni quo ad cōdemnationem sed quo ad presumptionem vt no.per glo.in.c.nuper. extra de testibus. de quorum tamen numero casuum specialium non est casus de quo hic agitur.¶ Ex quibus apparet dictum dominum viceseneschallum a quo circa negociū principale: videlicet circa iudicia possessoria coram eo intentata etiā male iudicasse.Et premissa proxime dicta procedunt respectu possessorij.

8 ¶†Sed quid fiendum erit de petitorio: credo ⁊ ista est veritas quod vos egregie domine iudex appellationum de materia petitorij dicti pretēsi vinteni in hac secunda instantia cognoscere non possetis habere iurisditionem cognoscēdi: quia non nisi de his que deducta ⁊ agitata fuerunt in prima instantia.in auten.vt cum de appel.cog.post prin.⁊ no.per Cy.in.l.per hanc.C.de tempo.appella.in prima.q.⁊ per Jac.de but.in.l.ampliorem.in,fi.C. de appella. ⁊ ponit Jo.ferrarij in tit.forma sententie diffinitiue.in glo.j.in. iij.colū. ibi cum iudex appellationis non habeat potestatem nec iurisditionem ⁊c. ¶ Tamen respectu petitorij si de eo cognoscere possetis esset habenda vna consideratio: quia si dictum vintenum deberetur prout non apparet deberi: non deberent ipsi de montillio soluere nisi medium vintenum: quia forenses scd̄m ordinationem dicti karoli de bouilla quondam gubernatorem dalphi.in hac secunda instātia producium.Ex qua ordinatione domini quondam gubernatoris clare patet etiam male fuisse iudicatum sententiando illos de sauzeto manutenendos fore in possessione seu quasi exigendi integrum vintenum: quia etsi ipsi de sauzeto eorum intentionem probassent prout non probauerunt non debuissent condemnari nisi ad medium vintenum. si tamen illud pretensum vintenum fuisset iudicatum pro reparatiōe menium ipsius loci de sauzeto prout tñ non probatur ex actis prime nec scd̄e instantiarū: super isto tñ petitorio cognoscere non possetis cū de ipso non fuerit in prima instantia actum.

9 ¶†Plus est aduertendum qd̄ dicta sententia a quo fuit et est alia ratione nulla respectu dicti domini Bartholomei grangeri que est persona ecclesiastica: quia posito quod ipse teneretur contribuere in refectione menium dicti loci sauzeti prout aliqui dicere voluerunt in.l.ad instructionem.C.de sacrosanc. eccle.tamen deberet conueniri per suum iudicem competentem ecclesiasticum et non per iudicem secularem vt dicit et tenet expresse Cyn.in dicta.l.ad instructionem. Preterea dicta.l.ad instructionem est hodie correcta per auten.C.eodem titulo. vt ibi dicunt Bartol. et docto.ideo dicta sententia respectu maxime dicti presbyteri ex hoc capite est nulla tanquam lata a non suo iudice competenti.vt in.l.prima et secunda.C.si a non suo iudice.et in.c.si diligenti.extra de foro competen.

10 ¶.†Quid plura? certe dici potest dictam sententiam a quo fuisse inique prolatam quo ad omnes de montillio: quia in refectione murorum siue menium ville ciuitatis aut castri non tenentur de iure nisi incole et ibi habitantes: iuxta ea que leguntur et not.in.l.omnes prouinciarum rectores.C.de operi. publicis.et no.per Pet.Jaco.in titu.de fossatis ⁊ muris. licet dictus dominus karolus de bouilla vt supra ordinauerit contribuere debere forenses pro medietate. ¶ Est etiam aduertendum quod nullus testium in prima instantia ex aduerso examinatorum deponit quod dicti de montillio rei habeant et possideant terras et possessiones in dicto mandamento sauzeti nisi vltimus testis qui est solus et cuius depositioni propterea non est standum vt supra alle.

gaui. igitur &c. Nec probatur illos de montillio reos proprietates in dicto mandamento sauzeti habere nec eas cultiuari fecisse ex eo: vt ex aduerso pretenditur: quod ipsi rei saysinas et cruces in eorum bladis appositas tolli fecerunt: quia potest esse quod ipsi de montillio rei in dicto mandamento sauzeti habebant blada que non processerunt ex eorum pretensis laboragiis. ideo illa remotio saysine non probat: etiam tacite: quod ipsi de montillio rei ibi haberent dicta blada concreta in eorum pretensis possessionibus: quia probatio testis debet esse de necessariis et non de contingentibus: quia non est efficax consequentia ex fallibili. nam non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc. C. vnde legi. cum simi. ¶ Ex quibus omnibus concluditur salua vestri dominii ius dicturi pleniori deliberatione pronuntiandi et sententiandi fore per dictum vicesenescallum a quo male/nulliter et inique fuisse sententiatum: et propterea eius sententiam fore reuocandam et annullandam ad vtilitatem dictorum de montillio cum reportatione omnium expensarum.

¶ Summarium.

1 ¶ Rescriptum seu mandatum alicui tradens censetur ei eiusdem committere executionem.
2 Comparere in iudicio vnus pro alio sine mandato quis possit.
3 Possessorium est quid temporale et non spirituale.
4 Priuilegium pape valet inter eos a quibus pro papa habetur.
5 Princeps qualiter beneficia conferre possit.

¶ Consilium. lxviii.

Circa processum qui ventilatur in curia parlamenti inter prepositum et capitulum sancti andree gratianopol. ex vna parte supplicatum: et dominum iacobum liotaudi supplicantem ex altera ad causam canonicatus et prebende quos olim in dicta ecclesia obtinebat dominus petrus de costa circa procuratorium dicti domini iacobi liotaudi de cuius viribus in dicta causa disputatur. videtur dictum procuratorium domini liotaudi esse sufficiens non obstantibus in contrarium oppositis causis subscriptis.

1 ¶ † Primo quia dictus dominus Jacobus liotaudi tradendo antonio lauterii eius patri rescriptum regium et dalphi. coram vobis magnifico dalphi. parlamento productum videtur eidem suo patri qui in dicta causa interuenit mandatum concessisse de prosequendo coram vobis interminationem et exequutionem eiusdem rescripti prout videmus in simili quod si mulier viro tradat cautiones et instrumenta suorum debitorum videtur eidem marito concessisse mandatum ipsa debita exigendi: vt dicit et tenet glo. quam ibi sequuntur Barto. et doc. in. l. fi. in glo. ii. C. de pac. conuen.

in.c.j.circa fi.& probatur in aut. de questore.§.si vero forsan. ¶Tertio quia in litera dicti domini archiepiscopi fuit adiecta clausula salvo iure alieno:per q̃ verba apparet de mente ipsius domini archiepiscopi qđ ipse noluit derogare iuri dicti (du charmen) de quo iure late scripsi supra in quarto presupposito. Quod ius dicti (du charmen) corroboratur ex nova provisione pape/qui dictã curam sibi contulit cum clausula. Anteferri & cũ alia clausula amoto quocũq; alio detentore anteq̃ adiretur dictus dominus archiepiscopus. Ideo ipse dominus archiepiscopus de ipso beneficio vlterius se intromittere non potuit neq; debuit obstante etiam preventione. ¶Quarto quia licet in dicta litera domini archiepiscopi viennen̄. dicatur qđ dicte presentationes & collationes nō fuerint irritate:ipse tamen dominus archiepiscopus non irritavit eas:sed cōtulit dictam curam dicto domino moteti quod facere non potuit nisi pri⁹ irritatis & annullatis alijs precedentibus/presentationibus & institutionib⁹ per dictum dominum episcopum factis:vt supra dixi in quarto presupposito:imo et si ipse dominus archiepiscopus eas irritasset non valuissent tales irritationes partibus quorum intererat non prout vocati non fuerunt.per iura.§.alle. ¶Ex quibus sic presuppositis videtur mihi salva correctione & saniori determinatione vestrorum dominorum meorum parlamenti manum dalphi. vt dicitur in dicta cura appositam esse tollendam ad vtilitatem dicti du charmē cũ ipse doceat de potiori & validiori titulo per predicta. Quia recredentia possessionis in beneficialibus est fiēda illi qui de potiori & validiori titulo docet:iuxta no. per glo.in.c.licet extra de proba. Et idem iure civili est fiendum in reb⁹ profanis vt dicit Cy.in.l.vnica.C.vti possidetis.

¶Summarium.

1 ¶Curia temporalis de causis personarum ecclesiasticarum cognoscere nō potest.
2 Causa feudalis coram domino feudi debet agitari.
3 Emphiteota donans rem emphiteoticariam alteri censum maiorem facere nequit.
4 Clericis an possint collecte imponi.
5 Iura humana regum sunt alio iure non possedibilia.
6 Imperator in quibus clericis privilegium concedere possit.

¶Consilium. lxxij.

PRincipalia dubia huius cause vertētis coram magnifico dalphi. parlamento inter providum virum benedictũ morelli instantem ex vna parte:et dominos rectores capelle nuncupate de magnalona fundate in ecclesia sancti Mauricij vien̄. se opponentes ex altera consistunt in duobus. ¶Primo si dicta curia parlamenti possit de hac causa cognoscere. videlicet an rectores dicte capelle teneātur dicto morelli revendere quandam pensionem super domo sua sita vienne dudum per eius predecessores impositam. ¶Secundo si dominus noster rex dalphin̄. privilegium in causa productum potuerit iuridice concedere vt in eo comprehendatur ecclesiastica persona.

1 ¶Ad primum dicendum videtur quod dicta curia parlamenti non possit de hac causa cognoscere cum dicta curia temporalis de causis ecclesiasticarũ personarũ rearũ:nō possit de iure cognoscere vbi ipsi viri ecclesiastici in iudicio p laycos trahuntur:quia actor videlicet dictus morelli sequi debet forum ipsarũ ecclesiasticarum personarum rearum. iuxta ca.si clericus.de foro competenti. et sunt iura vulgata. Tum quia clericus privilegiatus trahit ad se laycum non privilegiatum; vt probatur. C. de offic. prefec. preto. orien. l. de honorā;

rio. et est glo. ff. de edi. edic. l. iustissime. C. de episcop. eccle. aud. Item nulla communitas. quia magis dignum trahit ad se minus dignum. extra de consue. ec. c. quod in dubijs. et de inrepa. c. j. lib. vj. et ibi glo. et tex. in. c. si is cui de canonicatu. de preben. li. vj. idem Inn. in. c. cum ex officij. de prescri. super verbo prescribere. Sed his non obstantibus credo quod dicta curia parlamenti potest de dicta causa cognoscere: quia cum presupponatur in facto quod dicta res de qua agitur moveatur et moveri consueverit de feudo domini nostri regis dalphi. ex recognitionibus dudum per dominum modernum archiepiscopum Vien. et capitulum. dicte ecclesie et alios dominos directos factis dicta curia parla. potest de dicta causa inter dictas partes cognoscere. †Quia vbi agitur de feudo seu reveltiure feudali cognitio spectat ad dominum feudi sive sit ecclesiasticus sive secularis. in. c. verum. et. c. ex transmissa. extra de foro compe. et in. c. ceterum. extra de iudi. et ibi per doc. insequentes Ja. de bel. visu. ar. no. in gl. ix. di. c. vt veterum. de quo etiam habetur in tit. de inuesti. in ma. facta. §. illud tamen in feu. et in ti. per quem vel quos quod feudi terminetur. c. j. et de lege co: §. j. et. l. imperialem. §. preterea. de prohi. feu. alie. per fre. Et quia etiam cognoscunt pares curie. puta inter dominum et vasallum: ne dominus sit iudex in causa propria: vt in ti. de controver. iter do. et vasal. per pares curie terminanda. Et in partibus istis suprema curia parla. tam in regno quam in dalphi. representat personam et habet loco principis. et etiam parium curie: inde est quod quotidie curia parla. regum cognoscit de quibuscunque feud. inter regem et eius vasallos quantumcunque in dignitate constitutos puta duces/ comites/ vicecomites/ barones. Et similiter est dicendum de dicta curia parlamenti dalphi. quia omnes equiparantur senatoribus et prefectis pretorio: et sunt de maioribus iudicibus et possunt facere legem perpetuam. l. nonambigitur. ff. de legi. et. l. forma. C. de of. pre. preto. et habetur plene per bar. in. l. j. ff. quod quisque in. imo etiam ipsemet princeps non recognoscens superiorem pot in causa propria esse iudex vt est casus specialis in. ff. de here. insti. l. et hoc tiberius. et. l. ptime. ff. de his qui in tes. del. et facit gl. i. l. si aliis. §. bellissime. ff. quod vi aut clam. et ibi Bal. et idem in. l. j. C. ne quis in sua causa. vbi excipit dictum casum. Preterea etiam ratione rei de qua agitur quis sortitur forum. §. sane. extra de fo. compe. de quo etiam in. l. fi. C. vbi in rem actio. facit etiam consuetudo notoria que vult quod de talibus cognoscat iudex laicus etiam inter clericos vt habetur in lib. feudorum. de cog. feu. c. j. quia consuetudo dat iurisditionem: extra de fo. compe. c. cum contingat. de quo et per Henri. bohic in. c. ex parte. de feu. Et ideo clericus infeudatus per laicum pot coram ipso in causa feudi conveniri: vt est casus secundum vnum intellectum quem communiter approbatur in. d. c. verum. extra de fo. compe. secundum Host. et Imol. Et ibi etiam dicit idem de Imol. quod ex consuetudine potest iudex secularis supplere negligentiam iudicis ecclesiastici quo ad laicos: et quod ita loquitur. c. qualiter. de iud. secundum Ant. de but. Non enim est omnino expeditum quod iudex secularis non habeat potestatem in clericos: quia immo habet in tribus alijs casibus quos ponit glo. in. c. tua. lo. j. de decimis in antiquis. ¶Insuper etiam dicunt doc. in. §. illud quoque. de prohib. feu. alie. per Fred. quod si dominus vasallus alienat feudum domus maior et

a ¶De feudo. vbi agitur de feudo dominus est iudex competens. vide de hoc que scripsi in decis. parlamen. q. cxxxix.

primus a quo dictū feudū pcessit illud reuocabit: nō aūt dñs im mediatus a quo ille alienans habebat: q: ad ipsum maiorez dñm res directo pertinet. ar. ff. de leg. iij. l. quos aūt. z de relig. z sump. fune. l. ij. §. j. z quod no. in. l. ij. ff. si ager vecti. Et q: sine permissu ipsius dñi maioris non poterat alienari: vt in. d. §. il lud quoq3. vnde alienando fuit ipe dñs maior offensus: ideo il lud habeat in sue iniurie vltionem: ar. ff. de colla. bo. l. ij. §. cum ā cipatus. Ita dicit Bal. post Ja. de bel. visu. in. d. §. illud.

3 ¶ †Ulterius etiam dicunt doc. in materia emphiteosis in. l. fi. C. de iure emphy. q emphiteota donans rem emphiteoticariā alteri non pot facere censum maiorem: q: si cresceret census z contingeret rē alienari haberetur minus pretium pter cen sum augmentatū: z sic dñs haberet minores laudes z afferret sibi iniqua conditio per emphiteotā: qđ esse non dz: vt dicit re gula iuris. z de hoc est etiā expeditū in vsibus feudoz de. l. co radi. c. j. §. pfecto. Dicunt etiam doc. vt refert Henric. bohic. in c. que in ecclesiarū. de consti. in illa questione an leges statu tā vel consuetudines laycoz ligent z astringant clericos q si tales leges / constitutiones z statuta vel consuetudines sunt vtiles z fauorabiles ecclesie z clericis tunc tenent z valent cō tra priuatos clericos subditos statuenti nisi per papā speciali ter fuissent reprobate: vt. C. de epis. z cle. l. ij. z. x. dis. c. j. sed con tra alios ecclesiasticos seu alios clericos non valent nisi auto ritas pape interuenerit: de quo etiā in. c. j. de consue. z in. c. ad

4 apostolicam. de symo. †Dicit etiā Bar. in. l. si quis accusatorē §. sciendum. ff. de mune. z hono. super illa questione / vtrum possit dari remedium q clericis pro suis possessionibus impo nantur collecte[a] videlicet posse fieri statuta q quecunq3 pos sessiones ciuitatis vel patrie sint tributarie z affecte honori bus tributoriz pro collectis imponendis. Et extunc si aliqua ex dictis possessionibus perueniant ad ecclesiam vel clericos poterit imponi collecta: z dicit ipse Barto. ita colligi ex dictis Inno. extra de fo. compe. c. postulasti.

a ¶ Imponantur collecte. de hac materia vide l. ff. meo veteri. ff. de vsuris. sup l. cum quidam ibi reportata.

5 ¶ †Ad secundum vero dubium credo dictum q ipse dominus noster rex dalphi. potuit dictum priuilegium concedere q pos sint tales pensiones redimi z in eo etiam personas ecclesiasti cas comprehendere: quia iura humana regum sunt nec alio iure possideri possunt. viij. distin. quo iure. vnde licet rex non possit clericum in persona punire: puniet tamen in patrimo nio quod ei subest. C. de epis. audien. videatur. l. addictos sup plicio. z quod ibi nota. Ideo dicit Innocen. de fo. competen. in c. postulasti. quod constitutio regis vel imperatoris ligat pos sessiones clericorum. argumen. viij. distinc. c. que contra. idem tenet Barto. in dicta. l. si quis accusatorem §. sciendum. ff. de muneri. z honori. vbi recitat dictum Innoc. vbi. s. Facit opti me quod not. ipse Innocen in. c. ex parte. in glos. fina. extra de foro competen. Ratione enim temporalium clerici regibus sunt subditi. xj. questio. j. his ita. z. xxiij. qōne. iij. §. fina. et not. de maioritā. et obedientia. in. c. solite. et. C. de episcop. z cleri. l. de his. et quod ibi nota. per Bald. z doc. ¶ Et facit ad pmissa

quarti regum.xxiij.ca. vbi rex precipit pontifici in temporali-
bus.facit etiam quod no.extra.de senten.excommu.c.nouit. &
6 Inno.& glo.super verbo libertatis:†vbi dicit qd in tempora-
libus in quibus imperator generaliter vniuersis clericis & lai
cis preest priuilegium concedere potest. Ex quibus propterea
patet qd prefatus dominus noster rex dalphi.dictum priuile-
gium dictis ciuibus vien. de dictis pensionibus redimendis
concedere potuit: et illo ligantur etiam persone ecclesiastice
per predicta.

¶Summarium.

1 ¶Tempus exercende appellationis quantum.
2 Annus seu biennium appellationis exercende quando curre-
re incipiat.
3 Appellans in secundo anno a lege sibi reseruato si fuerit im-
peditus an sibi aliud reseruetur.

¶Consilium.lxxiij.

1 Adherendo eleganter dictis et allegatis per do-
minum primo allegantem † dico certum esse de
iure qd tempus exercende & finiede appellatio-
6 nis est annus et ex causa impedimenti bieniu
vt in vulgata auté. ei qui appellat.C. de tempo.
appella.que auté.loquitur tam de tempore exer
tendi appellationem quam etiam inchoandi processum coram iu
dice appellationis:de quo loquitur.l.in offerendis.de appel.lt
cet Cy.aliter voluerit.tñ Bal.& communis opi.ac etiam cōmu
nis stilus curiarum tenent aliam opinionem & illam etiā sequi-
tur albe. Quod intellige nisi iudex a quo terminū assignet ad
illam introducendam:q2 tūc per lapsum termini assignati cen
setur appellatio deserta.vt in.c.personas.extra de appel. et.l.
preses.C.eo.ti.ex quo sequitur qd hodie de iure cōmuni infra
annum vel ex causa infra biennium sufficit appellationem in-
troducere:causam inchoare:prosequi & finire nisi iudex a quo
terminū introducendi abbreuiasset:vt.s.dixi.& dicit Bal.in.d.
aut.qd lex fuit larga & liberalis:quia reseruat scdm annū ipso
iure:licet impedimentum primi anni sit paruum:& sic lex non
restituit tantum pro tanto:secus in restitutione iudicis:q2 illa
solum restituit tantum pro tanto.l.sed & si per preiorem.§.si fe
rie.ff.ex quibus causis maio.& sic mitius agitur cum lege quam cū
eius ministro.concordat.l.celsus.ff.de arbi.

2 ¶†Et notandum quod hic annus vel biennium secūdum do
minos de rota in nouis decisionibus currit a die appellatio-
nis interposite vt not.in.l.fina.§.illud.C.de tempo. appellati.
Et licet Salycetus aliter voluerit in dicta autenti.ei qui. di-
stinguendo aut post tale impedimentum cessatuz non potuit
per diligentiam appellantis infra residuuz anni integra pro-
sequutio fieri et tunc datur secundus annus integer. Aut post
tale impedimentum potuisset cum diligentia infra annum
integra prosequutio fieri:et tūc dicūt aliqui qd sibi imputet: ex
quo post dictū ipedimētū fuit negligēs q2 iura nō fauēt negli-
gētib9.l.si pupilli.§.si.ff.de his q in frau.credi. Sed generalis

¶Bienniū vide de hac materia in trac.meo de app.& i finē meis. folio. cxlvj. verso. Guido pa-pe.

stilus curiarum qui est optimus legum interpres habet qd pro quolibet modico impedimento indistincte datur annus integer a lege ipso iure: et hanc partem tenere videtur glo. in dicta aut. ei qui. idem tenet Archi. j. q. vj. sequitur. et Joan. fab. in dicta auten. Albe. et Oldr. et Innocen. et Joan. andr. in dicto. c. ex ratione. de appel. lib. vj. velle videtur.

3 ¶ Sed si appellans in secundo anno a lege sibi reservato fuerit ex iusta causa impeditus. glo. in dicta aut. ei qui. dicit qd a lege nihil amplius sibi reservatur: sed opus est restitutione iudicis ex clausula generali. l. j. ff.: ex quibus causis maiores. tamen scdm doc. in hoc iudicio restitutorio non datur libellus sed summarie proceditur per tex. ad hoc singularem in. l. defendente. ff. de aucto. tuto. ¶ Et premissa vera nisi impedimentum venisset culpa iudicis forte in fir mi absentis vel negligentiis scdm decisionem rote in antiquis. Nam tūc tempus secundi anni non currit ipso iure. per auten. item si appellatione. C. de tēpo. appel. Idem si ex partium conventione vt in cle. q̄dm. de appel. Et idē dicit Saly. in dicta aut. ei qui. si dolo appellati appellans fuisset impeditus. Idē ibi tenet Bal. arg. l. intra vtile. ff. de minoribus. et. l. si cum ipse. C. de execu. tuto. hoc idem tenent canoniste in. d. c. ex ratione. et collectarius: et alij extra de in integrum resti. c. ex literis. quid enim si per ambages: et manes exceptiones partis appellate appellans non potuerit prosequi et finire causam suam et diligentiam possibilem adhibuerit quare debet sibi imputari qui fecit qd potuit. hoc idem tenet Bal. in. l. quibus diebus. ff. de condi. et demon. Faciunt bene no. in l. contra minores. C. de inoffi. testa. dum ibi dicit tex. qd. non cessanti agere non currit prescriptio. et est casus de hoc in ratione sui in. l. j. in fi. C. de annali exce. dum tex. ibi dicit quis eos accusare poterit si hoc non fecerint quod et si maluerint minime adimplere valebant: et ad ista possent multa iura allegari maxime illa que dicunt quod vbi conditio non impletur facto adversarij habetur pro impleta.

¶ Summarium.

1 Renuncians petitioni an dicatur liti renunciasse et econtra.
2 Argumentum de minori ad maius affirmative est: validum.
3 Regressus non datur actiones suas remittentibus.
4 Exceptio litis finite litis contestationem impedit.
5 Ordinatio prolata ex falsis causis est nulla.
6 Pater pro filio non convenitur.
7 Depositio testis super necessarijs ad probationem consuetudinis non interrogati est invalida.
8 Iniuriam facit in iudicio vocans tanquam debitorem eum qui nō est debitor.
9 Religiosi trahunt suos debitores coram suis conservatoribus.
10 Infamia est debitum alterius affectum publicare.
11 Testis non examinatus super necessarijs ad probationem non probat.
12 Venditor testis esse non potest pro emptore.
13 Proxeneta seu mediator alicuius testis esse nequit pro contractu facto eius medio.
14 Donans non potest esse testis in causa donationis.
15 Testi in facto proprio deponenti non creditur.

¶ Consilium. lxxiiij.

Sequuntur rationes in iure propter quas sententia est ferenda pro domino Guidone pape contra dominos petrum gogneti et Joannem perrerij presbyteros temere agētes. ad quas rationes si placet attendere dignetur immensa peritia vestri egregij domini officialis gratianopo

grationopo.ius in ipsa causa dictari. ¶ Et pro dicendorum euidentia circa petitionem conuentionalem dictorum presbyterorum temere agentium premitto qd ipsi actores primo fecerunt eorum petitiones contra dictum dnm Guidonem in quatuor capitulis in alio processu huic adiuncto. fo. xxij. vt effectualiter sequitur. ¶ Primum enim capitulum dictarum petitionum continet petitionem. ix. grossorum pro termino festi pasche. M. cccclix. ¶ Secundum vero capitulum continet petitionem. iiij. floren. cum dimidio pro anno quinquagesimo. ¶ Tertium vero capitulum continet petitionem. ix. grossorum pro anno. lx. ¶ Quartu vero capitulum cotinet petitione aliorum. ix. grossorum pro anno. liij. ¶ Sic in summa petierunt dicti actores a dicto dno Guidone sex florenos: z. ix. grossos vt patet in dicto primo processu huic adiuncto dicto fol. xxij. ¶ Super quibus petitionibus fuit lis contestata negatiua per dictum dnm Guidonem in comparitione sua fo. xxv. ¶ Postea dicti actores omnib' dictis capitulis dictarum suarum petitionum renunciauerunt vt patet fo. xxvj. verso. ¶ Excepto primo capitulo qd de petitioe. ix. gros. p termino pasche. M. cccclix. ¶ Que petitio. ix. grossorum postea fuit determinata z diffinita. Et ipse dns Guido absolutus z licentiatus cum reportatione expensarum vt patet fo. xxvij.
¶ Ex quibus sic presuppositis clare patet qd ipsi actores renunciauerut dicte petitioni facte in dicto scdo capitulo pro anno. M. cccc l. cu ipsi renunciauerint omnibus capitulis excepto primo capitulo. ¶ Contingit postea qd dicti actores non obstante dicta renunciatione fecerunt contra dictum dnm Guidonez aliam petitionem de. ix. grossis pro dicto anno. l. vt patet in alio scdo processu. fo. ij. Et de quibus. ix. grossis presentialiter in hac causa agitur. ¶ Queritur ergo si dicti. ix. grossi vltimo petiti debeant dictis actionibus adiudicari.

1 ¶ † Et indubitanter dicendum est qd non cum ipsi renunciauerint petitioni primo facte pro dicto anno quinquagesimo cotente in dicto scdo capitulo per tex. in. l. postq liti. C. de pac. Si quis enim renunciando simpliciter liti videatur renunciasse etiam cause z iuri suo: vt dicut glo. Cy. Pe. z Bart. in. d. l. postq
2 liti. in glo. j. pro quo. l. litis. ff. de ver. sig. † Multo ergo fortius renunciando petitionibus qd est maius: quia est bona argumentatio de minori ad maius affirmatiue in aut. multo magis. C. de epi. z cle. cum si. Et per talem renunciationem dicitur lis tunc fuisse finita vt dicit Archi. in. c. j. de litis cotest. li. vj. super verbo finita. qui Archi. ad istud propositu3 allegat ibi dictam. l. postq liti. que l. hoc probat ibidem dicit tex. causam finitam. ideo no debet eisdem actoribus dari alius aditus siue regressus ad iterato agendum pro illa petitione cui renunciauerunt vt dicit tex. in. d. l. postq. l. ij. in fi. ibi. causam finitam sc3 per renunciationem instaurari posse nulla ratio permittit. † Et facit ratio quia remit-
3 tentibus actiones suas non datur regressus ad eas. l. item queritur. §. si vendito: ff. de edili. edicto. z. l. cum mota. z. l. actione. C. de trasac. z. l. si iudex. ff. de minoribus. z de consecra. distin. iiij. c. quia prope principium. vij. q. j. c. q periculo sum. cum simi. Et idem fuisset si dicti actores solum dixissent se nolle amplius litigare tunc etiam eo casu amplius postea non debuissent audiri: vt expresse no. Pe. Jac. in tit. de rei ven. libellus. de consuetu. in. §. positiones rei in versic. Item ponit reus qd lite zc. Maxime quia dicta renunciatio fuit facta iudicialiter presente dicto domino Guidone reo. Licet valuisset talis renunciatio etia si facta fuisset extra iudicium z dicto domino Guidone absente. vt no. per Inno. in. c. cum predium. extra de pac. z faciunt no. per eundem Innoc. in. c. veniens. de renuncia. ¶ Nec obstat si in dicto secundo capitulo dicti actores petierint quatuor florenos cu3 dimidio quia sic petebat pro toto illo anno quinquagesimo z in qua maiori summa continentur dicti. ix. grossi quia in maiori

summa minor inest.l.si quis stipulatus.ff.de verbo.obli.⁊.l.diem proferre.§.si
plures.ff.de arbi.⁊ in.c.j.eo.ti.li.vj.⁊ facit regula iuris plus semper cōtinet in
se quod est minus.de reg.iur.lib.vj.¶Et dñs assertus locūtenen̄.domini tunc
officialis qui ordinauit dicte petitioni responderi fo.x.⁊ illam ordinationē cō-
firmauit fo.xxx.licet fuisset petita reuocari in comparitione fo.xij.male iemе-
rarie ⁊ nulliter ordinauit.¶Primo quia ipse dñs Guido opponebat exceptio-
nem dicte litis finite in comparitione sua inserta.fo.v.⁊ in alia sua cōparitio-
4 ne inserta fo.xij.†Que exceptio litis finite impedit litis contestationem iuxta.
c.j.de litis contest.lib.vj.Et que lis primo motu in processu adiūcto fo.xxj.fuit
finita ex eo qd̄ dicti actores renunciauerunt dictis eorū primis petitionibus
vt dicit Archi.in.d.c.j.super verbo finita.allegando dictam.l.postq̄ liti.Idem
etiam expresse dicit Bart.in.d.l.postq̄ liti.ibi dum dicit qd̄ illa exceptio q̄ ori-
tur ex vi talis renunciationis impedit litis contestationem.
5 ¶†Scđo quia ipse assertus locumten̄.dictam ordinationē protulit ex duabꝰ
falsis causis.Primo in eo qd̄ in prima ordinatiōe fo.x.dicit qd̄ dictus dñs Gui
do nō fuit absolutus nisi de.ix.grossis quia imo fuit absolutus ⁊ licētiatus in-
distincte ab omnibus quatuor petitionibus in dictis quatuor capitulis cōten-
tis vt patet fo.xxvij.¶Scđo ex alia falsa causa dictam ordinationem cōfirma-
uit.fo.xxx.dum in ea dicit ipse assertus locumtenen̄.qd̄ lis non fuerat cōtesta-
ta super dictis primis petitionibus quia imo fuerat cōtestata in cōparitione.
fo.xxv.Et sic ille due ordinatiōes ex illis falsis causis prolate sunt nulle:vt di-
cit glo.in.l.si is ad quem.in glo.fi.ff.de acqui.hered.Sicut etiam videmus qd̄
decretum iudicis ex falsa causa interpositum est ipso iure nullum.l.j.§.hec ver
ba.ff.ne vis fiat ei qui.⁊ no.Bal.super rubrica.C.qui admitti ad bonorū poss.
possunt.¶Ex alio etiā capite sunt nulle dicte due interlocutorie de responden
do dicte petitioni quia non fuerunt prolate per dñm tunc officialem sed p do-
minum Antonium du charmen qui non erat officialis pro quo.l.j.⁊ per totū.
C.si a non compe.iudice.Nec presumitur fuisse locumtenen̄.domini tunc offi-
cialis:cum de eius pretensa locumten̄.per processum non appareat iuxta ea q̄
no.per Inno.in.c.cum in iure paratus.extra de offi.deleg.Et ideo dictus dñs
Guido in sua comparitione.fo.cxxij.notanter petit dictos ordinarios quatenꝰ
opus erit reuocari ⁊ annullari.¶Nec obstat si procurator dicti domini Guido-
nis dicte petitioni conuentionali responderit litis contest.fo.xxxij.verso.Quia
ipse fuit protestatus qd̄ eiꝰ responsio non noceret parti sue si illi petitioni non
erat respondendum:que protestatio conseruauit dicto dño Guidoni ius dicen-
di in futurum dictam litis contest.esse nullam vt plene per Bar.in.l.nō solū.
ff.de ope.no.nuncia.vbi plene tractat materiam protestationis.Etiā dicta li-
tis contestatio est nulla quia facta coram domino Ludouico ruffi:de cuiꝰ pre-
tensa locumtenentis per processum non apparet.
6 ¶†Ex alio etiā capite d3 ipse dñs Guido a dicta petitione cōuentionali absol-
ui:q2 pater pro filio nō debet cōueniri vt in rubro ⁊ nigro.C.ne filiꝰ p patre.ma
xime q2 dicti actores nō ꝓbauerunt quartū articulū suoꝝ ꝑpositoꝝ.fo.lxxxviij.
q2 aliqui ex testibꝰ sup eo examinati deponūt per ꝟbū credit quoꝝ depositiōes
ꝑpterea nō ꝓbāt vt dicit Spe.in ti.de teste.§.j.ꝟsi.itē qd̄ deponit de credulita
te.Quia verbū credit nō est assertiuū neq3 precisū vt dt Ang.de perusio in.l.fi.
C.arbi.tute.Alij vero dicūt se nihil scire.alij vero vt.xj.testis est singularis in
sua depositiōe:iō nō ꝓbat.l.iurisiurādi.C.de testi.Tū q2 ipse.xj.testis fuit exa-
minatꝰ post q̄rtā dilationē de solēnitate iuris sibi pti aduerse ꝯcessam:qd̄ fieri
nō potuit nisi p viā restōnis in integ.ex c̄la gn̄ali si q̄ iusta cā mihi videbit.iuxta
ea q̄ le.⁊ no.in.c.vltra tertiā.ex̄ de testi.ita qd̄ ille quartꝰ articulus non ꝓbatur

plene nec semiplene. q: ad pbandũ consuetudinẽ requiritur q testes deponant inter quas personas viderint vti & de diuturnitate tpis & de tot vicibus q possit psumi saltim tacitus ?sensus populi vel maioris partis. vt plene p Cy. in. l. j. C. que sit lon. consuetudo.

7 ¶†Et si dicat q dicti testes non fuerunt interrogati sup illis necessarijs ad pbationem consuetudinis. ad hoc dico q propterea eorum depositiones sunt inualide: q: dictus guido tradiderat interrogatoria sup quibus petierat testes partis aduerse interrogari. fo. xxvij. Et q: non fuerunt p cõmissariũ sup illis interrogati neq examinati eo depositiones reddũtur

a inualide & nõ nocẽt [a] dicto dño guidoni vt expsse dicit & tenet Jo. an. in. c. cũ cãm. extra de tes. in antiquis. in. iij. col. ibi. dixit se scire &c. Ideo ibi dicit ipse Jo. an. qntutũ esse psiliũ q pars tradat interrogatorie testibus partis sue aduerse fienda. Judex tñ posset etiã post publicationẽ tales testes repetere: & sup illis interrogatorijs omissis eosdẽ testes examinare vt dicit ipse Jo. an. in nouel. in. c. psentiũ. circa fi. de testi. li. vj. Idem dicit Inno. in. c. p tuas. de testi. Et hoc verũ si aperte petat: vt dicit Spec. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs. v. porro. circa fin. Sed crederem q non deberent tales testes repeti post didicita testificata per partẽ: licet attestationes sint inualide nisi p viã restitutionis in integrũ ex clausula generali si qua iusta causa mihi videbitur &c. p ea que dicit Jo. an. in. c. auditis. extra de in inte. rest. Et quã restitutionẽ in integrũ/& dictos testes partis aduerse repeti super dictis interrogatorijs petijt dictus dñs guido in sua cõparitione in pcessu vltimo tradita. Sed q: pars aduersa se opposuit. vos egregie dñe officialis ordinarijs dictos testes nõ esse repetẽdos: dz ergo parti aduerse imputari si dicti testes nõ fuerint repetiti. Et restat semper dicere dictos testes fidẽ non facere neq pbare dictũ quartum articulum partis aduerse facientẽ mentionẽ de dicta ptensa consuetudine cum non fuerint interrogati super facto dicte ptense ?suetudinis: iuxta interrogatoria p dictũ dñm guidonẽ tradita: vt dicit Jo. an. vbi. s. in. d. c. cũ cãz. de tes. Et pmissa p nũc videntur sufficere respectu dicte petitiõis ?uentionalis.

¶Quo aũt ad petitionem recõuentionalẽ dicti dñi guidonis quam ipse fecit contra dictum dñm ioannem perrerij in pcessu. fol. xv. super mille scutis auri p dictũ dñm guidonẽ a dicto perrerij petitis salua taxa p iniuria sibi illata: clar q ipse dñs guido dz in ea obtinere q: illã petitionẽ iustificauit. primo p aliũ pcessum huic cause adiunctũ. fo. xxxvij. Item etiã pbatur pro alia pducta dicti dñi guidonis. fo. lxxviij. cũ tribus folijs ibi sequentibus.

8 ¶†Ex quibus pductis ?stat dictũ dñm guidonẽ perrerij in-

b iuriã intulisse [b] dicto dño guidoni ipsum dñm guidonẽ faciẽdo moneri sub pena excommunicationis ad sibi soluendum xxvij. florenos pretenso cessionario noie dñi antonij armueti & michaelis casardi vt patet in monitione inserta. fol. xxxviij. verso. quam tñ ptensam cessionem non pbauit ipse perrerij vt

[a] ¶Non nocent. hic si testes nõ interrogent sm interrogatoria p partez tradita nõ pbãt. de hoc vide in decisio. parlam. q. lxxij.

[b] ¶Iniuriã intulisse. hic de materia actionis iniuriarũ: de quo etiã vide in decis. parlamẽ. q. cccclxv.

infra proxime dicetur: ideo est sententia ferenda contra dictum perrerij et pro
dicto domino guidone super dicta iniuria: quia eum in iudicio vocauit tanq̃
debitorē suum qui nō erat nec est. hoc probatur in. l. item apud labeonem. §. si
quis non debitorem. ff. de iniur. et in no. pe. ia. in ti. de ac. iniuriarū pretoria. ibi. ⁊
facit ad hoc ⁊c. quod ꝓbat ipse pet. ia. primo quia detegitur paupertas. arg. C
quando ⁊ quibus quarta pars. l. ij. §. mobiles. secundo quia debitor dicit̄ quo-
dāmodo seruus creditoris. l. iij. C. de noua. ¶ Ad idē etiā debitor qui nō soluit
creditori termino statuto facit iniuriā creditori vt dicit Spe. ti. de instru. edit.
in §. nunc vero aliqua. versic. de hoc autem queritur. ¶ Ideo videmus quoti-
die quod domini religiosi qui dudum obtinuerunt a papa cōseruatores suorū
priuilegiorum contra ipsos iniuriantes trahunt eorum debitores coram eorū
cōseruatoribus dicentes se iniuriatos per debitores in eo ꝙ eis debita nō sol-
uūt: ⁊ tales cōseruatores cognoscunt de talibus causis vigore talis delegatio-
nis. ¶ Nec obstat quod dictus perrerij in dictis suis articulis pretendit illud
non fecisse animo iniuriandi. Quia imo cōstat illud fecisse animo iniuriādi:
quia ex quo ipse perrerij nō probauit pretensam cessionem vt. j. dicam ius pre
sumit quod ipse illud pretēsum debitum petijt a dicto domino guidone ⁊ ipm
moneri fecit sub pena excommunicationis animo iniuriandi: per ea que legū.
et no. in. l. si quis repetere. §. j. ff. ad turpilianum. ¶ Et satis declaratur qꝺ aio
iniuriandi illa fecit ipse perrerij: quia ipse impetrauit dictam monitionē dire-
ctam omnibus capellanis sanctorum hugonis et ioannis gratianop. ꝙ habe-
rent dictā monitionē exequi cōtra dictū dn̄m guidonē volēdo publicari dictū
10 dominū guidonem esse debitorem suum. ¶ † Itē etiā in eo qꝺ ipse impetrauit
tenore dicte monitionis dictū dominū guidonem excommunicatum publice
nunciari pulsatis cāpanis ⁊ cādelis extinctis si nō se opposuisset dicte moni-
tioni: quia publicare assertū debitū alteri⁹ est illius asserti debitoris infamia
et iniuria vt dicit pe. ia. vbi supra in titulo de actione iniuriarum pretoria. Et
ex cōiecturis ⁊ circūstātijs extrinsecis: vt in casu de quo agitur ꝓbatur anim⁹
iniuriādi iuxta no. per gl. in. l. fulcinius. §. sed is qui super verbo anim⁹ em̄. ff.
ex quibus causis in poss. eatur. quia per extrinsecas cōiecturas iudicat̄ anim⁹
delinquētis vt ibi Bar. ⁊ doc. facit. l. cū proponebat̄. ff. de le. ij. ⁊. l. licet in p̄n. ff.
de le. j. Ideo alibi dicit Bal. qꝺ ille qui portat arma presumitur habere malum
animū: quia per illud extert⁹ probat̄ animus delinquēdi. ita dicit ipse Bal. in
feu. in ti. de pace tenēda ⁊ eius violatoribus in. §. si quis rusticus: quia act⁹ agē
tium et intentio colligitur ab effectu. in. l. cum hi. §. fi. ff. de trāsac. et argu. in. l.
reprehendenda. C. de insti. et substi. sub condic. factis. Et ex eo qꝺ ipse perrerij
tenore dicte sue monitionis voluit pulsatis cāpanis nūciari excommunicatū
dictum dominū guidonē pro dicto pretenso debito qꝺ sibi non debebat̄: satis
probatur anim⁹ iniuriādi ipsius perrerij: quia precedētia ⁊ sequētia declarāt
animū vt dicit Bar. in. l. si quis extraneus. in prin. de acqui. here. ¶ Et ex istis
infert̄ ꝙ dictus dominus perrerij intulit iniuriā dicto dn̄o guidoni re ⁊ ỽbis.
vez: verbis in eo qꝺ nominauit dictū dominū guidonē in iudicio suū debitorē
vt. S. in iure probauit post pe. ia. Et re: vez in eo qꝺ ipse perrerij impetrauit dictā
monitionē pro faciēdo excōicatū nūciari dictū dn̄m guidonē pulsatis cāpanis
et cādelis extinctis si nō se opposuisset dicte monitioni: quia iniuria infertur
duobus modis: vez re: vel verbis. in. l. j. §. j. ff. de iniur. Et statim queritur actio
iniuriato. l. si vn⁹. §. sz ⁊ si pactū. ff. de pactis. no. gl. in. §. fi. in fi. insti. de iniurijs.
11 ¶ † Maxime qr ipse perrerij nō ꝓbauit dictā p̄tēsam cessionē dicti asserti debiti
in dicta monitione declarari ex depositionibus dictorū dn̄i antonij armueti et
michaelis examinatorū super. x. ⁊. xj. articulorum dicti perrerij: quia dicti duo

testes per commissarios qui eos examinauerunt non fuerunt interrogati neqȝ examinati super dictis interrogatorijs per dictū dominū guidonē in causa tra dimis et insertis.fo.c.Ideo non probant eorū depositiones et nocent dicto dño guidoni vt dicit et tenet expresse Jo.an.in dicto.c.cū causam.extra de testib⁹. in antiquis.¶Tū q: dicti duo testes arinueti et casardi in eorū depositionib⁹ pretendunt dictam pretensam cessionem fecisse dicti perrerij:ideo nō probant: quia assertus cedens pro cessionario pretenso nō pōt ferre testimoniū in causa cessionis propter verisimilem affectionē quā habere p̄sumunt̄ ad cessionariū.
12 Ita dicūt ꝛ tenēt Cy.Bal.Jo.fa.ꝛ omnes doc.in.l.omnibus.C.de testi.¶†Et idem etiam in venditore siue teneat̄ de euictione siue non testis esse nō potest pro emptore qn̄ agit̄ de ipso contractu vēditionis propter verisimilē affectionē quā ipse venditor habet ad illū cōtractū ꝛ emptorē rei vēdite vt dicūt pe.de bel la pertica.Bart.Bald.in.d.l.omnibus.et Albe.de rosate in.l.nullis.ff.de testi.
13 ¶†Et idē etiā in proxeneta ꝛ mediatore alicui⁹ cōtractus qui etiā non pōt esse testis pro contractu eius medio facto ꝓpter affectionē quā verisimiliter habet ad contractū eius medio factū.Ita dicit ꝛ tenet Bart.in.d.l.omnibus.et Albe. in.d.l.nullus nisi de cōsensu partiū ipse proxeneta deponeret vt dicit Spec.in ti.de teste.§.j.versi.quid de proxenetis.¶Et idem in donāte qui nō potest esse testis ꝓ donatario in causa rei donate:et hoc propter affectionē quā hȝ ad illū contractum donationis ꝑ reū facte ꝛ ad donatariū vt dicit ꝛ tenet Cy.in.l.et si ad te.C.de falsis.¶Nec obstat ad hoc qđ dicit Spe.in ti.de teste.§.j.versic.sed pone mutuam tibi ꝛc.ibi:solutio ꝛc.vbi videt̄ velle qđ si cessio iure donationis facta incipiat a traditione qđ donās possit esse testis pro donatario:sec⁹ si inci piat a pactione vt ibi per eundē Spe.Quia ad hoc respōdeo tripliciter.Primo
14 qđ ipse Spe.habet cōtradicētē vcȝ Cy.in.d.l.ꝛ si ad te.† vbi tenet indistincte qđ donans nō pōt esse testis in causa donationis ꝓ donatario ꝓpter affectionē quā habet ad contractum ꝛ ad donatarium.Secundo respondeo qđ Spec.ibi non dicit indistincte quod donator possit esse testis pro donatario cui est facta cessio:sed excipit illū casum:vcȝ quando donatio incipit ad pactionē quo casu potest esse testis.Et sic dictū Spec.facit pro dicto dño guidone:quia in casu de quo in hac causa agitur pretēsa cessio nō processit a traditione:sed a sola p̄tensa pactione quo casu cedens nō pōt esse testis vt ibi dicit Spec. Uel tertio potest responderi qđ Spe.loquitur in actione cessa titulo donationis:sed casu de quo in hoc processu agit̄ nō ꝓcessit dicta p̄tensa cessio ex donatione: sed ex asserta cessione insolutū eorū in quibus dicti armueti ꝛ casardi tenebant̄ dicto prerij vt fatetur ipse perrerij in literis ꝓcessis insertis in processu.fo.lxxix.verso.ibi:in
15 recōpensatione horum que sibi debēt ipsi actores ꝛc.† Ideo non est stādū eorū depositioni cū deponāt in eorum facto proprio.dicitur enī quis in facto suo ꝓ prio deponere quando ex sua depositione potest sentire commodū vel in com modū:per ea que legunt̄ ꝛ notā.ꝑ Bar.in.l.deferre.alias est.l.dum ferre.§.idē decreuerunt.ff.de iure fisci.ꝛ facit.l.j.§.in propria.ff.quando appellandū sit.et no.in.l.nullus.ff.de tes.Sed ex illa eorū depositione possent cōsequi cōmodum si staretur eorum depositioni:quia consequerentur liberationē eorūȝ in quib⁹ ipsi tenebantur dicto perrerij.igitur non est standum eorū depositioni etiā isto respectu per ea que dicit Bart.vbi.s.proxime.Igitur restat dicere qđ dicti duo testes pretensi cedentes nō probant dictam assertam cessionem.Et albericus de rosate in.d.l.nullus.ff.de testi.dicit vnum generale:vcȝ qđ nemo pōt esse te stis in causa eius qui causam habere p̄tendit ab eo.ꝛ in hoc cōcordāt Odofre. et oēs doc.bononiēses vt ibi refert ipse albe.et hec sufficiāt circa materiā dicte reconuentionis.¶Quo aūt ad michaelem casardi qui pendēte causa fuit euo

catus in processu.fo.ciij.debet ipse casardi condẽnari in expensis dicti domini guidonis: quia non respondit interrogatorio nisi in fin.processus.fo.cxxvij. Et frustrauit processum per sex menses licet potuisset respondere in secundo vel tertio termino: ideo debet ipse casardi in expensis dicti domini guidonis condemnari.

¶Summarium.

1 Codicillum in causa producens an possit in eodem errorem pretendere.
2 Error omissionis in codicillo qualiter ⁊ quot testibus probetur.
3 Testes qñ subornati presumantur.
4 Instrumenti perditi tenor an possit per testes probari.
5 Subornatio ⁊ falsitas testium quibus presumatur indicijs.
6 Notario an plus credatur q̃ testibus.
7 Testes an possint ad perpetuã rei memoriã examinari.
8 Instrumentum de depositionibus testium an debeat parti aduerse concedi.

¶Consilium.lxxv.

Adherendo opinioni tanquã vere egregij domini primo in iure allegantis in materia processus cause remissionis vertẽtis in venerabili curia parlamenti inter ioannem ionassij ⁊ cõsortes supplicantes ex vna parte: ⁊ tutorem claudie pupille filie ioannis treliardi supplicatos ex altera: et latius materiã dicti processus extendẽdo vt appareat per dictã curiam parlamenti bene fuisse sententiatum: ⁊ pro parte dicti ionassij ⁊ consortium male recursum ⁊ supplicatum videntur dubia subscripta in iure examinãda ⁊ decidẽda pro declaratiõe iuris et intentionis dicti tutoris supplicati. ¶Primo si dictus ionassij ⁊ cõsortes debuerunt admitti ad probandum pretensum errorem de quo in eorũ supplicatione mentio habetur. ¶Scđo si dictus ionassij dictũ pretensum errorem probauerit per testes in dicto processu examinatos. ¶Tertio si potius debeat stari depositioni petri prati notarij qui codicillũ de quo agitur recepit q̃ ceteris testibus in processu examinatis. ¶Quarto si dictus ionassij ⁊ consortibus debeat concedi instrumentum ad perpetuam rei memoriam de attestationibus dictorum testium.

1 ¶†Ad primum dubium videtur dicendum quod cum dicti ionassij ⁊ cõsortes dictum codicillum in causa produxerint saltim verbo vt patet in eorũ supplicatione primo oblata ⁊ inserta in processu cause principalis.fo.iiij.ibi: q̄ opus si reuerenter exhibet ⁊c. quod non possunt in eodem codicillo aliquem errorem pretendere omissione vel alias.per ea que dicit Innoc.in.c.olim.de cen.

2 ¶†Ad scđm dubiũ si dicti ionassij ⁊ consortes ꝓbauerũt errorẽ per eos in dicta eorũ supplicatione pretẽsum. ⁊ videt̃ q̄ sic ꝑ duos testes vz ꝑ guillel.vichardi et petrũ de sappeto q̃ vident̃ deponere de dicto pretẽso errore omissionis facte in dicto codicillo illius clausule substõnis fideicõmissarie de qua clausula agitur. Sz credo cõtrariũ: qz immo ad ꝓbandũ illã clausulã fuisse omissam describi in dicto codicillo errore dicti notarij requirunt̃ quinq̧ testes sicut ad cõfectionez codicilli quinq̧ testes requirunt̃. ita dicit ⁊ tenet gl.in.l.cũ proponebat̃.l gl.ij.ff.de le.ij. Et lz Cy. ⁊ aliq̃ alij doc.in.l.errore.C.de testa.videant̃ velle errorẽ in testõ adiũctũ posse ꝑ duos testes ꝓbari.ad hoc respõdeo q̄ hoc verũ in errore testatoris qui ante testm̃ dixerat se velle aliquid in testamẽto suo disponere et postea in recitando testamẽtũ illud ꝑ errorẽ omisit: tũc eo casu talis error testatoris põt ꝑ duos testes ꝓbari: ⁊ ita satis declarat gl.in.l.heredes palã.§.sed si notã.ff.de testa. ⁊ Bar.in.d.l.cũ ꝓponebat̃. Uel scđo põt respõderi q̄ dicti duo testes vichardi ⁊ de sappeto nõ sunt omni exceptione maiores: vt late declarauit

dictus dñs claudius laterij in suis allegationib⁹ incipientib⁹
3 frustra 7c. †Uel tertio potest dici qd dicti duo testes deponentes de dicta clausula respectu dicti codicilli verisimiliter fuerunt subornati: 7 causas subornationis late declaravit dictus dñs Claudius in dictis suis allegationibus. ¶ Alia etiam ratione presumuntur subornati cum deponant sub eodẽ sermone. l. testium. C. de testi. cũ si. Et sunt rurales et ydiote in quorũ intellectibus non cadunt verisimiliter talia verba de quib⁹ ipsi deposuerunt nisi fuissent instructi 7 subornati: ideo eisdẽ non est fides adhibenda sicut si fuissent literati in quorũ intellectibus talia cadere verisimiliter potuissent.
4 ¶ †Ideo in illa q̃one qua querit̃ si instrumentũ debiti sit perditũ an per testes ei⁹ tenor poterit probari dicit Petr. de bella pertica. vt refert Cy. in auth. si q̃s in aliquo documẽto. C. de edẽ. qd si testes sunt notarij vel alij literati q̃ sciũt discernere cautelationẽ 7 clausulas instrumẽti probãt debitũ: aliter nõ. Idẽ dicit i alio ꝓposito Bal. in auth. s3 cũ testator circa fi. C. ad leg. fal. ¶ Ulterius 7 quinto presumunt̃ dicti testes subornati ex quo per processum probetur qd super hoc voluit ipse ionassij dictũ Petrũ prati notariũ qui dictũ codicillũ recepit subornare: id̃ presumit̃ ipse ionassij alios testes subornasse q2 semel malus maxime in eodẽ genere mali semper ꝑsumit̃ malus: vt in. c. semel malus. de reg. iur. lib. vj. Maxime dictos testes qui probantur per processum esse rurales simplices 7 tabernas freq̃ẽtãtes. ¶ Alia etiã 7 sexta cõsideratiõe dicti testes presumi debẽt fuisse per partẽ aduersam subornati cũ post decẽ annos post dictũ codicillũ deposuerint de illa clausula quã verisimiliter obliti fuissent si vera fuisset: q2 etiã in facto proprio perditur memoria per tam longũ tẽpus. iuxta ea que leg. 7 not. in. l. ꝙꝗ. ff. ad
5 velleyanũ. ¶ †Ulterius 7 septimo detegũtur subornatio 7 falsitas dictorũ testiũ: q2 aliqui ex ipsis testibus pretẽdũt qd illa clausula de qua contẽditur fuit adiecta in testamẽto dicti berträdi treliardi: et si illud fuisset verũ qd fuisset adiecta in testamẽto nõ est verisimile qd idẽ testator voluerit eandẽ clausulã in suo codicillo adducere: q2 pluralitas nõ presumit̃ circa idẽ vt superfluitas euitet̃ prout euitari d3 iuxta ea que leg. 7 not. ff. de rei vẽdi. in. l. quedã mulier. in gl. fi. et plene per Bal. in. l. edita. C. de edẽ. Et dicit Inn. in. c. cũ ioãnes habere iura. extra de fide instr. qd multiplicitas factorũ nec cõtractuũ nũꝗ presumitur. ¶ Et ex his pluribus coniecturis 7 malis ꝑsumptiõibus predeclaratis põt iudicari dictã clausulã (de qua contendit̃) nõ fuisse per dictũ testatorẽ in recitatiõe dicti sui codicilli adiectã sicut in simili videm⁹ in ꝯtractu vsurario qui in dubio ex plurib⁹ ꝯiecturis 7 ꝑsumptiõib⁹ indicat̃ vsurari⁹: iuxta ea que leg. 7 no. per Inn. 7 doc. in. c. illo vos. extra de pig. 7 in. c. ad nostrã. extra de emp. 7 ven. 7 hoc de secundo dubio.
6 ¶ †Uenio ad tertiũ dubiũ. si debeat poti⁹ stari depositiõi dicti petri prati notarij q̃ dictũ codicillũ recepit ꝙ dictis testib⁹ respectu dicte clausule. ista q̃o est dñicalis 7 soluit̃ pro notario
a propter officiũ si notarius sit bone fame.[a] Si autem tabellio

a ¶ Si notarius sit bone fame. de hac materia etiã scripsi in decisio. pla. q. cccl. circa fi.

sive notarius esset persona suspecta que cõsuevisset falsa scribere tunc potius credendum esset testibus vt dicit Specu.in titu.de instru.edi.in.§.restat.versi. quid si dum attestationes publicantur ꝛc.ꝛ ibi Joan.and.in addi.Ideo Bart. dat cõsilium advocato qḋ ipse in causa deducat in facto bonam famam tabellionis in.l.tabularum.ff.quemadmodum testamẽta aperiantur. Et licet de bona fama ꝛ probitate dicti petri prati non fuerit in processu deductum: ipse tamen petrus prati notarius talis vcꝫ bonus et probus presumitur cum de contrario per processum non appareat: iuxta ea que legũtur ꝛ no.in.c.vno. de scrutinio.ꝛ in.c.dudũ.extra de rescriptis.ꝛ in.c.pastoralis.extra de iure cano.Ideo eius depositioni et scripture est standum in dubio.arg.l.j.§.si is qui navem.ff. de exercitoria.q: veritas scripture per eius auctorẽ probatur.l.si quis decurio. C.de falsis.et faciunt que dicit Bar.in.l.si librarius.ff.de verb.sig.Maxime in hoc casu vbi non probatur dictã clausulã per dictum testatorem in recitatione dicti codicilli fuisse expressatã:cum dicti testes hoc non probant vt supra in secundo dubio fuit declaratum.

7 ¶†Ad quartum et vltimum dubium si dicte parti adverse debeat concedi instrumentum publicũ de dictis depositionibus testium ad perpetuã rei memoriam.credo qḋ non q: testes ad perpetuã rei memoriã.non debent examinari nisi sint valitudinarij senes vel absfuturi et quod de hoc prius cõstat iudici qui debet se super hoc summarie informare anteq̃ procedat ad examinationeꝫ talium testiũ.ita dicit Spe.in tit.de offi.om.iudi.in.§.postremo.in versi.Item si testes petuntur ꝛc.Imo qḋ plus est: iudex anteq̃ procedat ad examinationem taliũ testiũ debet super hoc interloqui vcꝫ testes esse valitudinarios senes vel absfuturos ꝛ propterea ipsos esse ad perpetuam rei memoriã examinãdos. ita dicit gl.quã ibi sequitur Bar.in.l.j.in lege aquilia.si deletũ in gl. magna.in fi. ff.ad leg.aquiliã.¶Sic etiã videmus in decisione bonorũ debet iudex interloqui fuisse legitime factã anteq̃ ad alia procedi debeat vt dicit Bar.in.l.exitus ff.de acqui.pos.Et similiter in actiõe hypothecaria iudex debet prius summarie cognoscere discussionem bonorum debitoris principalis fuisse factam anteq̃ ipse procedat ad declarationem hypothecarie actionis contra tertios possessores intentande.vt dicunt doc.in aut.hoc si debitor.C.de pig.Et cũ in casu de quo hic agitur non precesserit summaria cognitio nec adhuc constat dictos testes esse valitudinarios senes vel absfuturos examinatio ipsorũ facta ruit vitio nullitatis: q: quando aliquid de fiendis circa substantialia iudicij omittitur actus in totuꝫ redditur nullus: iuxta ea que leg.ꝛ no.per doc.in.l.prolatã.

8 C.de sen.¶†Preterea si quispiã diceret instrumentũ dicto ionassij esse concedendũ ꝛ fiendũ de dictis attestationibus dictorũ testiũ subornatorũ ꝛ qui veri similiter false deposuerunt vt.s.in secũdo dubio declaravi. credo qḋ nemo diceret q: iudex qui hoc concederet esset auctor falsitatis prout esse nõ.debet.l.j. C.si adver.ven.Et ita indubitanter per dictã venerabilẽ curiã parlamẽti bene et iuste fuit ordinatũ supplicata per dictũ ionassij fieri non debere causis ꝛ rationibus supra declaratis et ex dicto processu apparentibus.

¶Summarium.

1 ☞Pronunciatio seu ordinatio lata in executione sententie est interlocutoria.
2 Causa appellandi in appellatione debet inseri.
3 Appellatio deserta dicitur si non in scriptis et cum causa appelletur.
4 Appellatio ab interlocutoria habente vim diffinitive in scriptis fieri debet.
5 Desertio appellationis primam firmat sententiam.
6 Acta principalia quando necesse sit producere.

¶Consilium.lxxvj.

Circa processum ventilatum coram venerabili et egregio viro domino officiali metropolitano Vien. inter dnm Joanē perrerū temere appellantē ex vna parte. Et ioannem et franciscum correti fratres appellatos ex altera. Et per vos diffiniendum super cōdemnatione expensaruz in quibus ipse perrerū fuit erga dictos corretos per dictū officia. grationopo. condemnatus in snā diffinitiuam de qua in quarto articulorum dictorum corretorū in presenti causa appellationis traditorum incipientium in hac causa rc. fit mentio. Et expost taxatarum ad. xxxij. florenos. vij. grossos cum dimidio: videtur quesita subscripta in iure examinanda pro declaratione iuris et intentione dictorum correto rum. ¶ Primo si ordinatio domini vice officialis grationopolis qui pronūciauit dictum perrerij fore monendum sub pena excōicationis quatenus infra. x. dies solueret dictis corretis dictos. xxxij. florē. r. vij. grossos cum dimidio: dici et censeri debeat interlocutoria vel diffinitiua. ¶ Secundo si appellatio dicti perrerij qui a dicta ordinatione viua voce et nō in scriptis appellauit sit ob id deserta et inualida. ¶ Tertio et si dici posset dicta ordinatio vim diffinitiue obtinere si debuerit nihilominus in scriptis appellasse ipse perrerij. ¶ Quarto quia appellatio dicti perrerij si est deserta an in aliquo nocuerit dictis corretis quod coram vobis post desertionem in causa appellationis fuit pcessuz. ¶ Quinto si fuit necesse in hac causa acta principalis producere: r quis tenebatur ea producere si necesse fuisset ea producere.

1 ¶ †Ad primum quesitum dico verum de iure qd ordinatio de qua in ipso quesito fit mentio: est et censeri debet interlocutoria: quia omnis pronūciatio r sententia lata in executione sententie diffinitiue prout in casu de quo hic agitur est interlocutoria: vt clare sentit Petrus iacobi in titulo de actione iu factuz ex re iudicata in. §. sed quid erit prefea vel alter iudex. r tūc rc. in fi. ibi: licet secus sit in casu quando appellatur a diffinitiua rc. idem sentit Bart. in. l. si cum exceptione. §. hec autem actio. in gl. super verbo datam. ff. quod metus causa. vbi ibi dicit Barto. quod licet ab executione non appellatur tamē ab interlocutoria de exequendo bene potest appellari. Et sic ordinationem super executione sententie appellat interlocutoriam.

2 ¶ †Plus alibi dicit Barto. qd quando appellatur ab executione sententie causa est in appellatione inserenda. ita dicit ipse Bart. in. l. ab executore. in prima col. ff. de appel. Si enī causa pretensi grauaminis est in appellatione inserēda ergo in scriptis est appellandum: iuxta. c. cordi. de appel. lib. vj. Et censeri debet interlocutoria vt in dicto. c. cordi. r faciunt no. per Barto. in. l. ij. r in. l. eius. ff. de appella. Et facit ratio quia quod sententia exequatur non diffinitur principale negocium. ideo non est talis pronunciatio diffinitiua. quia sententia diffinitiua est que diffinit principalem questionem vt dicit Specu. in titu. de sententia. §. species. versi. primo. r versi. diffinitiua. facit. l. j. ff. de re iudi. no. etiam per Joan. ferrarij in titu. forma sententie diffinitiue. in gl. j. circa prin. Et qd talis pronunciatio que fit in executionem sententie diffinitiue sit interlocutoria tenet Bal. in. l. ab executore. C. quorum appel. non recipi. In omni enim negocio non est nisi vna sententia diffinitiua que debet continere absolutionez vel condemnationem. Et alie que precedunt et sequuntur sunt interlocutorie. per ea que dicit Barto. in. l. secunda. ff. de appellatio. recipi. r Pet. Jac. r Specu. in locis. s. alleg. ¶ Et quod taxatio expensarum de quibus in hac causa agitur facta in executionem sententie diffinitiue domini officialis a quo dicatur interlocutoria dicit Joannes ferrarij in titu. forma appellationis ab interlocutoria. in glos. penultima in fi. ibi nam et hoc fieri contingit in grauamine illato

centum scuta. iuxta §. offerri vulgatum: ante em̄ solutionem precij non potest
ad rem venditam agi vt ibi.

¶Summarium.

1 Dominium domus qualiter probetur.
2 Titulus possessionis qualiter inualidetur.
3 Possessorium retinende qualiter probetur.
4 Possessio qualiter probari possit et quanto tempore prescribatur.
5 Agere in iudicio quis presumitur super eo tantum quod sibi competit.

¶Consilium. lxxxij.

In causa vertente coram vobis domino viceballiuo in sede vien
ne. et terre turris inter Joannem picardi agentem ex vna parte
et dominum Joannem cuberie reum ex altera iuxta acta et pro-
bata est sententia ferenda pro dicto picardi actore/ causis et ra-
tionibus subscriptis.
1 ¶†Licet enim non agatur in hac causa super petitorio domus
habitationis dicti picardi actoris sed tantūmodo super possessorio retinende
ipsius domus: ipse tñ picardi ex abūdāti probauit dñium dicte domus in qua
inhabitat. ¶Primo quia licet ipse dñs Joannes cuberie produxerit quoddaz
instrumentum asserte venditionis insertum in processu fo. lxxiij. sub data anni
currentis dñi. M. cccclxvj. ⁊ diei. xxvij. mensis maij. ¶Nō tñ constat per proces
sum qđ domus habitationis dicti picardi de qua agitur sit cōprehēsa in dicto
instrumento venditionis ex aduerso producto. ¶Et posito ⁊ nō cōcesso qđ illa
domus habitatiōis dicti picardi actoris de qua agitur esset in dicto instrumē-
to cōprehensa: tñ henricus borgesij a quo ipse dñs Joannes cuberie pretendit
causam habuisse ante datam dicti instrumenti dictam domū habitationis di-
cti picardi de qua agitur primo vendiderat cesserat et remiserat dicto picardi
actori vt deponit. primus testis dicti picardi examinatus super. vj. articulorū
primo loco pro parte dicti picardi traditorum insertorum in processu fo. x. cu-
ius testis depositio est folio. cxviij. verso. Et per depositionem secundi testis fo
lio. cxix. super eodem. vj. articulo. ¶Et per depositionē sexti testis qui fuit ven-

dito: qui deponit habuisse decē scuta a dicto picardi pro precio dicte domus. Et per depositionem octaui testis fo. cxxiij. ¶ Et quod dicta vēditio primo fuerit facta dicto picardi actori q̄ dicto dño cuberie deponit nonus dictorum testium super dicto sexto articulo fo.cxxv.verso.qui deponit qd circa duo anni erant elapsi ante eius depositionem. Idem etiam deponit nonus dictorū testiū super quarto dictorum arti.fo.cxxvj. Et sic habito respectu ad datā dicti instrumenti asserte venditionis que pretenditur facta anno.lxvj.titulus dicti picardi precedit assertum titulum dicti cuberie.

¶ Probat etiā aliūde qd dictus picardi fuit prior in vēditiōe q̄ dictus cuberie: q2 in contractu quem ipse cuberie pretendit fecisse cū dicto henrico borgesij ipse borgesij reseruauit cessionem 7 remissionem: quā ipse per ante fecerat dicto picardi de dicta domo: vt deponit quartus testis/ cuius depositio est inserta in processu.fo.cxx.super.vj.arti.idē etiam deponit.vj.testis: cui9 depositio est inserta fo.cxxj.verso super.viij.articulo. ¶ Et sic potior fuit 7 est ipse picardi in dicta domo: de qua agitur per regulam iuris qui prior est tempore potior est iure.

¶ Attento maxime qd ipse picardi fuit 7 est prior in possessione dicte domus sue habitationis ex qua possessione iuncto dicto titulo dominium fuit in ipsum picardi translatu3 iuxta.l. traditionibus.C.de pac.cum si. ¶ Et posito qd dictus cuberie fuisset prior in titulo/ prout non est per supra deducta adhuc fuisset et est ipse picardi potior in iure 7 dominio ipsius dom9 cu3 ipse primus fuerit in possessiōe dicte domus: iuxta.l. quotiens duobus.C.de rei ven.cum si.

2 ¶ † Nec inualidatur titulus dicti picardi ex eo vt pretendit pars aduersa qd pendente quadā causa in curia parlamēti dictus picardi acquisiuit dictā domū/de qua agitur: q2 vt patet in sententia ex aduerso producta 7 inserta.fo.lvij. Ibi agebat super possessorio: q2 ibi agētes fuerint spoliati bonis ibi mē-
a tionatis: ideo non habet locum vitium litigiosi [a] quod cōtrahitur qn̄ agitur super dñio: vt in auth. litigiosi.C.de litigiosis. secus si qs moueatur super possessorio rei alicuius vt per glo. et doc.in.c.j.extra de confir.vti.vel inuti. Tum quia non constat qd domus de qua hic agitur sit de bonis in dicta sentētia parlamēti declaratis. Tum q2 7 si fuisset de bonis in dicta sententia mentionatis adhuc valuisset dictū pactū pendente dicta lite in parlamento: videlicet qd post sententiā dictus hēricus borgesij cederet 7 remitteret dictam domu3 de qua agitur dicto picardi prout postea lite finita fecit vt deponit dicti testes super.vj.dictorum articulorum dicti picardi insertorū in processu.fo.x. ¶ Quia fm doc.v3 alienatio sub hac forma quā docūq3 desierit esse litigiosa vendo tibi extunc prout ex nunc. ita dicit Bar.in.l.qd sepe.§.si quis amico.ff.de cōtrahē.empt. et vendi. Et premissa tangentia petitorium hic premitto licet non foret necesse cu3 tangant petitorium quod nihil cōmune habet cum possessorio 7 hic nō agatur in petitorio. ¶ Sed hec premitto ad corroborationem possessorij retinende intentati

a ¶ Vide li tigiosi.hic d de vitio litigiosi: de q plene dixi,l decis. parla. q.cccxxxvij.

per dictum picardi de quo possessorio .j. tangam.
3 ¶ † Probauit etiam ipse picardi actor eius intentionem respectu possessorij re-
tinende per eum in hac causa preterito dicte sue domus habitationis intenta
ti: quia testes pro eius parte examinati super secundo articulorum dicti picar-
di insertorum in processu fo. x. deponunt quod dictus picardi dictam domum te-
net ⁊ possidet tenuitque ⁊ possedit pluribus annis ante inchoationem presentis
processus. ita deponunt testes examinati super dicto .ij. articu. vz. v. vj. vij. ix.
et. x. et idem deponunt alij testes super. ix. dictorum articulorum videlicet. vj. vij.
et. x. testes. ¶ Probauit etiam ipse picardi actor turbationem per reum factam in
dicto possessorio. per depositiones testium pro eius parte examinatorum super ar-
ticulis suis insertorum in processu. fo. xxxvj. videlicet per secundum testem cuius de-
positio est inserta fo. cxxxvj. verso. Et per tertium testem cuius depositio est in-
serta in fo. sequenti. cxxxvij. ¶ Et sic cum ipse picardi actor probauerit illa duo ex-
trema in materia interdicti vti possidetis de iure necessaria vz possessionem
et turbationem ipse in ipso interdicto merito debet obtinere. iuxta ea que legun
tur ⁊ no. in § retinende. insti. de interdi. ¶ Et maxime ex eo quod ipse picardi actor
potiora iura allegauit et probauit per supra declarata: ideo in ipso interdicto
vti possidetis obtinere debet iuxta no. per Cy. in. l. vna. C. vti possidetis. et fa-
ciunt not. in. c. licet causam. extra de proba. Et idem in interdicto adipiscende
possessionis obtinere debet qui potiora iura docet in. l. edicto. C. de edicto di-
ui adri. tollendo. ita quod ipse picardi per vestram diffinitiuam sententiam in hac cau
sa proferendam debet manuteneri in sua possessione dicte sue domus habitatio
nis: cum non probetur ex aduerso quod ipse actor dictam domum sue habitationis
possederit vi clam ⁊ precario. iuxta. l. j. ff. vti pos. ⁊ in. l. vna. C. eod. ti.
4 ¶ † Quo autem ad duas cameras de quibus fit mentio in articulis dicti cube
rij rei insertis in processu fo. ciiij. vendicati vt dicitur per dictum picardi dicto cu
berij. ¶ Est aduertendum quia dictus picardi actor in hoc processu non petijt
se manuteneri in possessione dictarum duarum camerarum quia eas non pos
sedit ab anno quinquagesimoseptimo quo ipsas duas cameras dicto cuberij
vendidit. Sed solum petijt ipse picardi se manuteneri in possessione domus sue
habitationis in qua habitare consueuit: vt satis declarauit ipse picardi in sua
supplicatione super qua presens processus est exorditus inserta in processu. fo.
iiij. circa finem dicte supplicationis. ibi. predicte domus sue habitationis ⁊c.
Ita quod cum ipse picardi in dictis duabus cameris non habitaret non videtur pe-
titionem super ipsa fecisse: sed solum super domo in qua ipse habitabat ⁊ adhuc
habitat. Quia habitatio ipsius picardi esse tunc consueuerat ⁊ adhuc consueuit
in dicta domo: exceptis dictis duabus cameris vt dicunt testes: vz primus/
secundus/ tertius/ ⁊ quartus pro parte dicti picardi examinati super sexto ⁊ se-
ptimo articulorum ipsius picardi insertorum in processu. fo. cx. In quibus arti-
culis etiam ipse actor eius animum declarauit quod non intendit petijsse se ma-
nuteneri nisi in possessione dicte domus in qua ipse inhabitare consueuit. Et
huic declarationi est standum ⁊ pro ea iudicandum. iuxta ea que leg. ⁊ no. in. l. si quis
intentione ambigua. ff. de iudi. Et pro hac parte facit in simili. l. si domus. § fi.
ff. de legatis primo. vbi testator legando rem aliquam videtur tantummodo
legasse partem quam in ea re habet. hoc etiam nota. per Innocen. in capitu.
ragnaldus. super verbo expresserit. de testamen.
5 ¶ † Et in dubio quis agendo in iudicio videtur tantummodo egisse super eo
quod suo nomine sibi competit. argu. in. l. de eo. ff. de iure fisci. ⁊ faciunt nota. in
l. sciendum § totiens. ff. qui satisdare cogantur. Et per illam declarationem per
dictum actorem in processu factam nihil de nouo posuit ipse actor: quia qui declarat

non dicitur de nouo ponere. vt dicit Bal. in prima constitutione. C. in §. quib9 specialiter. & no. etiam Jo. and. & doc. in prohemio sexti decretaliū super; verbo filiosq; procedit. Ita quod sententia est ferenda pro dicto actore iuxta per eum in processu petita iuncta hac declaratione: & ipse reus ratione temere oppositionis in expensis ipsius actoris condemnandus. iuxta. l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. cum multis similibus. Licet dictus reus sit persona ecclesiastica cum hic agatur in materia possessorij: cuius cognitio etiā cōtra personas ecclesiasticas spectat iudici temporali: vt plene dixi in primo articulorum, dicti picardi incipientium vt appareat & c. insertorum in processu. fo. xxxvj. ¶ Cetera suppleat immensa peritia vestri domini ius dicturi.

¶ Summarium.

1 ☞ Iurisditio iudicis qñ prorogari possit.
2 Accessorium seu cōnexū cōcedit principali cōcesso.
3 Iudex appellationis potest etiā super principali cognoscere negotio.
4 Iudex post recusationem procedens presumitur super iudicij competētia pronunciasse.
5 Iudex ad quē nō semper cognoscere possit.
6 Interlocutoria est omnis pronūciatio in sentētie diffinitiue execütione ;facta.
7 Causa appellandi ab executione sententie est appellationi inserenda.
8 Diffinitiua sententia que sit.
9 Appellans si appellationis deser ionem permiserit ei renunciasse presumit.
10 Iuri positiuo per principem derogari potest.

¶ Consilium. lxxxiij.

NOn potest dominus grenihani redarguere de nullitate ordinationem iudicis dalphi. buxi qui concessit domini Guidoni pape literas expeditionis bonorū inq̄ratorū estime proborū iuratorū. Que ordinatio est in processu originali. folio. xl.

¶ Non primo ex illo capite quod dictus iudex buxi nō concessit literas precisas debiti principalis: sed curia parlamenti.

1 ¶ Quia dictus grenihani prorogauit iurisditionē dicti iudicis buxi in eo qđ ipse adiuit dictum iudicem buxi. Et fecit coram ipso iudice citari nobilē Lancellotum bastardum valentinensem creditorem principalem processurū corā eo super estimatione fienda dictorum bonorum inquātatorū. Ex qua aditione iudicis colligitur voluntas dicti grenihani quod voluit ibi de causa cognosci. iuxta. l. ij. in prin. ff. de iudi. Quam iurisditionem de persona ad personā videlicet a dominis de parlamento ad dictum iudicem dalphi buxi prorogare potuit dict9 dominus grenihani. iuxta. l. j. ff. de iudi. maxime cum ipse iudex buxi alīs haberet ordinariam iurisditionem. iuxta. l. priuatorum cōsensus. C. de iuris di. omnium iudi. & capitu. p. & G. extra de offi. deleg. & in. l. si qui ex consensu. C. de epi. audiē. Et sic dictus iudex buxi fuit iudex competens in dicta causa inquantum consensu etiam dictorum lancelloti & domini guidonis interuenti. Quoniam dominus guido et dictus bastardus in dicta causa coram dicto iudice buxi litigauerunt. ¶ Sic enim litigando omnes dicte partes coram dicto iudice vsq; ad diffinitiuam inclusiue consenserunt in dictum iudicem buxi et eius iurisditionem prorogauerunt. iuxta no. in. l. si cōuenerit. ff. de iurisdi. oim iudi. & in dicta. l. si qui ex consensu.

¶ Et si dicatur quod ipse dominus grenihani prorogauit iurisditionem dicti iudicis buxi respectu dicte estimationis bonorum fiende & non respectu expeditionis bonorum inquantatorum.

2 ¶†Ad hoc respondetur q͛d cum aliquid conceditur eius accessorium ⁊ conne-
xum etiam concessum esse videtur vt in.c.secundo requiris cum ibi nota. per
glo.extra de appel.¶Hinc est q͛d dominus Archi.dicit q͛d si causa appellatio-
nis committitur alicui auditori ipse auditor etiam de nullitate sentẽtie tan͂q͛
accessorie poterit cognoscere.ita dicit ipse dominus Archi.in.c. cordi. de app.
lib.vj.super verbo de partium ⁊c.⁊ pro hoc facit.l.j.⁊ ibi doc.C. q͛n prouo. non
est neces.Dicunt etiam de zabarellis ⁊ doc.in.c.si iudex laycus.de sen. excom.
lib.vj.q͛d licet ibi tex.non loquatur nisi de titulo clericali:tamen ipse iudex ec-
clesiasticus debet de habitu etiam cognoscere cum sit accessorium ad titulum.
¶Ad propositum ergo cum expeditio bonorum sit accessoria estime:quia facta
estima consueuerunt bona expediri creditori seu emptori ipsorum bonorum
inquantatorum.Ideo ipse iudex buxi de dicta expeditione bonorum tan͂q͛ ac-
cessoria cognoscere potuit:etiam quia accessorium sequi consueuit naturam et
conditionem sui principalis vt in.c.accessorium.de reg.iur.lib.vj.Attenta ma-
xime prorogatione iurisditionis per partes facta in dictum iudicem buxi:vt su-
3 pra tetigi.¶†Et pro hoc bene facit q͛d ponit in simili ⁊ tenet Pet. Jaco. in tit.
de condi.ex lege que oritur ex literarum obligatione circa fi.ibi.item est notan
dum q͛d si iudex superior proximus ad quem appellatur ⁊c. vbi dicit q͛d iudex
appellationum coram quo agitur de nullitate sententie tantummodo potest
etiam de negocio principali cognoscere ⁊ iudicare.Idem etiam tenet ipse Pe.
Jac.in tit.de constitu.de constituta pecu.in materia libelli appellationis.ibi.⁊
nota q͛d nedum ille idem iudex qui sententiam ⁊c.quia ad officiũ iudicis perti
net lites dirimere.vt ibi dicit ipse Pe.Jac.¶Preterea dictus dominus greni-
hani in sua comparitione incipiente protestato ⁊c. tradita in dicta curia buxi
inserta in processu curie buxi in hac causa producta.fo.xxx.verso.in fi. ipsi͛ cõ-
paritionis.ibi.tunc ⁊ in eũ casum se offert ⁊c.se obtulit ipse dñs grenihani pa
ratũ recipere plurimalẽtiam estime fiẽde. Ex q͛ ꝓpterea sequit̃ ꝙ ip̃e dñs greni
hani ex hoc alio capite prorogauit iurisditionem dicti iudicis buxi etiam re-
spectu expeditionis dictorum bonorum inquantatorum.Quia non poterat as-
serta plurivalentia solui dicto domino grenihani nisi ipsa bona expedirentur
emptori seu dicto domino Guidoni cessionario emptoris. Quando enim ali-
quid conceditur omnia videntur concessa sine quibus concessum expediri nõ
potest.argu.l.ad legatum.et in.l.ad rem mobilem.ff.de procur.ideo dictus iu-
dex buxi potuit valide concedere literas expeditionis dictorum bonorum esti-
me proborum.¶Et si dicatur quod in dicta oblatione domini grenihani dici
tur:et casu quo processus iudicaretur bonus et non nullus ⁊c. Istud non ob-
stat:quia ipse iudex buxi concedendo dicto domino Guidoni literas expedi-
tionis bonorum inquãtatorum estime proborum satis iudicauit et declarauit
processum bonum et validum.Sicut in simili videmus si episcopus inuestiat
aliquem de beneficio videtur eum instituisse.glo.in.c.auctoritate. extra de in-
stitu.in antiquis.et hen.bohyc.in.c.ex transmissa.de elec.
4 ¶†Et pro hoc etiam facit q͛d dicunt doc.q͛d iudex post recusationem proceden
do in causa videtur ⁊ presumitur super competentia iudicij pronunciasse et se
esse iudicem competentem vt dicit Jo.ferrarij in titu.forma opponendi contra
iudicem suspectum in glo.super verbo nec fuisse iudicem competentem. in.ij.
colũ. et habetur in.c.si a iudice.de appel.lib.vj.⁊ in.c.ex parte.lo.ij.de appel.⁊
no.Bald.in.l.j.C.de ordi.iudi.Idem tenet gloss.in. l.ij.§.sed si dubitetur super
verbo iueri.ff.de iudi.⁊ videtur casus in.l.quod in diem.§.si rationem.ff.de cõ
pensa.oportet ergo ex premissis dicere q͛d dictus iudex cõcedendo literas expe
ditionis dictorum bonorum inquantatorum videatur p̃supposuisse ⁊ pronun-

tiasse dictũ processum bonũ et validũ fuisse. Quia qui vult vnũ vult eius pparatoriũ. l. vbi. ff. ad treb. no. per Cyn. in. l. cũ his. C. de fideic. et alibi dr quod qui vult consequens vult et oẽ id qd antecedit sine quo cõsequens esse nõ põt. l. pro herede. §. pe. ff. de acq. here. sicut etiã dicitur quod permisso antecedenti permittitur et consequens l. illud. ff. de acqui. heredi. et. l. oratio. ff. de sponsa. a contrario sensu not. do. Iac. de puteo. in. l. qui totũ. in fi. ff. de acqui. here.
¶ Non etiã põt dici dicta ordinatio iudicis buxi nulla: ex eo quod in prima dieta qua dictus dñs guido in dicta causa corã dicto iudice buxi interuenit et comparuit ipse iudex processit ad suã ordinationẽ ordinãdo de bonis inquãtatis et subhastatis ad estimã proborum expediri dicto dño guidoni. Quia dictus iudex visis incantibus libramento et remissione facta per emptorem dicto dño guidoni ita pcedere potuit prout processit: maxime sm statuta dalphi. in processu inserta. fo. ccxxi. verso. que statuta disponunt quod summarie simpliciter et de plano pcedant iudices omissis etiã iudiciorum strepitibus sola facti veritate inspecta breuem et expeditã iustitiam partibus ministrãdo etc. pro quo facit cle. sepe. de ver. sig. ibi. amputet dilationum materiam. litẽ quãto poterit faciat breuiorẽ etc. Et hoc vigore dictorum verborum simpliciter et de plano in dicto statuto dalphiñ. adiectorum. ¶ Preterea etiam quia procurator dñi grenihani non se opposuit aduersus petita per dictũ dñm guidonẽ: nec petyt copiã pductorum per ipsum dñm guidonẽ: neque terminũ ad dicẽdum contra. Sed petyt prout continebatur in suis literis insertis in pcessu curie buxi. fo. xxvij. verso. et ita ordinari. Ideo cũ ambe partes peterent super petitis ordinari: dictus iudex buxi licite potuit pcedere ad eius ordinationẽ cũ nulle partes iudicis tunc essent nisi in pnuntiando et ordinãdo super hincinde per partes petitis vt dicit Inno. in. c. pastoralis. de accu.

5 ¶ † Et posito quod dicte nullitates subessent in dicta ordinatione prout tñ non subsunt per supra allegata non obstarent ipse pñtẽse nullitates dicto dño guidoni in hac causa appellationis. Quia qñ appellatur ab interlocutoria prout in casu isto iudex ad quem non potest cognoscere de nullitate interlocutorie vt dicit et tenet Inno. in. c. dilecto filio. de ap. circa fi. ibi. si autem ante sententiam etc.

6 ¶ † Et quod dicta ordinatio a qua appellauit dictus dominus grenihani sit interlocutoria[a] patet quia ois pnuntiatio aut ordinatio facta in executione sententie diffinitiue vt in casu nostro est interlocutoria [b] dicit Pet. iac. in ti. de actione in factum ex re iudicata. in. §. sed quid erit pses vel alter iudex mixtum etc. ibi: licet secus sit cum appellatur a diffinitiua etc. facit etiã qd dicit Barto. in. l. si cum exceptione. §. hec autem actio. in glos. super verbo datam. ff. quod metus causa. dum ibi dicit Barto. quod licet ab executore non appelletur: tamen ab interlocutoria de exequendo bene potest appellari: et sic ordinatione super executione sententie appellat interlocutoriam.

7 ¶ † plus alibi dicit Barto. quod quãdo appellatur ab executione sententie causa est in appellatione inserenda: vt dicit bar.

a ¶ Sit interlocutoria. de hac materia vide etiã s. consi. lxix. et. j. cõsi. cliiij.

b ¶ Est interlocutoria. Hic quod ordinationes que fiunt in executionẽ iudicati sunt interlocutorie: et de hac materia vid etiã. s. cõsil. iiij. et. s. cõsi. lxix. et vide per Bart. in l. cũ titia. ff. de accusa.

in.l.ab executore.in.§.collũ.ff.de.appella.ergo est interlocutoria:quia in interlocutorijs inseruntur cause grauaminis.c.cordi.de ap.lib.vj.

¶ Et q pronuntiatio siue ordinatio que fit in executione sententie diffinitiue sit interlocutoria:tenet Barto.in.l.ab executore.C.quorum ap.non reci. Idez etiam dicit Ioan.ferrarij in titulo forma appellationis ab interlocutoria. in glos.penul.in fi.ibi.nam & hoc fieri contingit &c. Et est bona ratio: quia q sententia exequatur per missionē in possessiones bonoꝝ inquātatoꝝ in executiōe sententie diffinitiue vt in casu de quo agitur non diffinitur principale negotiuz sed eius executio:ideo ordinatio dicti iudicis buxi non potest dici diffinitiua p ea que dicit Spe.in tit.de sententia in.§.species.in v̄.j.& v̄. diffinitiua.

8 †Ubi dicit q diffinitiua est que diffinit principalem questionem que dz continere absolutionem vel condemnationem.idem etiam dicit glo.in cle.j.de causa pos.& ppie.facit etiā p hac parte qd in simili videmus q snia sup missione in possessiones ex secundo decreto lata est interlocutoria licet tribuat ius: ita di.it & tenet Bar.in.l.ij.de ap.reci.& in.l.finita.§.iulianus.&.§.si forte.ff.de dā no infec.idem tenet Odof.in aut.qua in puincia.C.vbi de crimi.agi opor.q: in omni negotio non est nisi vna snia diffinitiua & pnuntiationes & ordinatiōes que fiunt ante vel post sniam diffinitiuam oēs sunt interlocutorie p ea que dicit Bar.in.d.l.ij.ff.de ap.reci.& doc.in locis palle.Ideo dictus dñs grenihani in quodā suo rescripto inserto in pcessu.fo.cccvj.verso.non appellat dictā ordinationem de qua agitur sniam diffinitiuam sed eam appellat ordinationē fatendo q est interlocutoria sm cōem vsum etiaz loquendi sm quem vsum loquendi tales ordinationes interlocutorie reputantur & nuncupantur:qui cōmunis vsus loquendi & reputandi attendi etiam dz vltra iuris cōis dispositionem:vt in.l.cum delanionis.§.asinā molendinariam.ff.de fun.instruc.

¶ Preterea dicta appellatio dñi grenihani est deserta vt plene declaratur in xvij.xviij.xix.&.xx.articu.dicti dñi guidonis incipientibus procedendo &c. in causa traditi de anno dñi.M.cccclxiij.& die vltima mensis aprilis circa finez pcessus presentis cause appellationis.

9 ¶†Cū ergo dicta appellatio sit deserta sequit q hec venerabilis curia plamēti de dictis ptensis nullitatibus cognoscere non dz:q: ipse dñs grenihani appellans permittendo deserere eius appellationem videt renūtiasse psecutioni nullitatum.dicte ordinationis si que forent cū venerant ipse ptense nullitates accessorie ad causam appellationis:vt in.d.l.j.in fi.C.qñ pno.nō est neces. sublata em appellatione que est principalis est sublata nullitas ptensa vt accessoria.in.l.cū principalis.ff.de re.iur.& in.c. accessorium.de regu. iur.lib.vj. Ista sunt v̄ba dñi Francisci de zabarellis cardinalis florentini qui ita expresse tenet in clementina si appellationem.de appel.in.q. fina.

10 ¶†Ulterius dictus dominus guido obtinuit rescriptum a domino nostro rege dalphino in quo ipse ex sua certa scientia motu suo pprio releuauit dictuz dominum guidonem a quibuscunq ex aduerso pretensis nullitatibus si que dici possent:quod rescriptum est insertum in pcessu presenti. fol.cccxcij. verso. qd facere potuit ipse dñs noster rex dalphi.cū ipse possit iuri positiuo derogare:vt dicit Inno.in.c.pastoralis.de offi.delega.Ideo non debet audiri ipe dominus grenihani aduersus tale rescriptum:sed debet repelli & silentium sibi imponi cum nullus debeat audiri aduersus illud quod princeps facit ex sua certa scientia vt dicit Bald.in glos.qnam ipse fecit super lege facta pro pace constantie que incipit:imperialis clementie mansuetus in.§. siquis autem. ibi:non admittemus &c.

¶ Et dicit Ioan.and.in.c.venerabilis. extra de confirm.a vtili vel inutili.qd

illa verba ex certa scientia sunt tante virtutis qd validant gratiam seu rescriptum aut priuilegium quod alias non valeret. ad qd facit.c.j.in fi.vt lite pendente. in cle. ¶ Et illa verba motu proprio tollunt omnem surreptionem vt in.c.si motu ꝓprio. de preben.lib.vj.

¶ Summarium.

1 ☞ Potestas procuratoria est de essentia iudicij qua deficiente processus efficitur nullus.
2 Processus annullatur si iuramentum calumnie nō prestetur.
3 Sententia annullatur que super processu nullo fertur.
4 Cancellatura scripturam viciat.

¶ Consilium.lxxxiiij.

Circa diffinitionem processus ventilati coram vobis venerabili ⁊ egregio viro domino viceballiuo in sede vien.⁊ terre turris inter dominū guilielmum le borne curatum burgondij agētem ex vna parte ⁊ iacquemetam filiam ⁊ heredem Joannis filioli se ex altera parte defendentem: in qua fuit euocata dionysia infra nominata videntur cōsideranda sequentia. a ¶ Qō.xvj: qd voluit allegare.q.xl. incip. queritur in iure.

1 ¶ † Primo quod in toto processu non constat de pretensa procuratoria potestate Claudij rolandi qui pro dicto curato actore dictam causam occupauit: et pro ipso actore comparuit. Et sic processus nullus in.l.licet.cum ibi nota.per glo. ⁊ docto.C. de procura. quia potestas procuratoria est de substantia iudicij et processus: vt dicit Innocen. in ca. cum in iure peritus.de offic. delega.et in.c.quoniam contra falsam.extra de proba. ¶ Maxime quia non apparet dictum curatum actorez aliquo tempore in dicta causa cum dicto Claudio rolandi comparuisse. ¶ Quia forte si comparuisset cum dicto Claudio in aliquo terminorum in ipsa causa tentorum videretur ipsum procuratorem constituisse vt dicit Innocen.in dicto.c.cum in iure peritus.et Bald.in dicto capi.licet. Tamen curia parlamenti aliter seruare consueuit videlicet quod dominus comparendo cum asserto procuratore nō videatur eum tacite procuratorem
a cōstituisse: vt patet in decisionibus ipsius curie questio.xvj.[a] propter statuta dalphinalia que expresse disponunt quod procuratores per publica instrumenta faciant fidem de corū potestatibus. ¶ Et sic ex hoc primo capite dictus processus vitio nullitatis subiacet. b ¶ Calumnie. hic ō iuramento calumnie ū faciat annullari ꝓcessuz si nō ꝓstet. Uide ēt l.singularib⁹ me ja.fo.cxcvj.

2 ¶ † Ex alio etiam et secundo capite dictus processus vitio nul
b litatis subiacet defectu iuramenti calumnie[b] quia licet reperiatur per processum petitum fuisse prestari non tñ fuit prestitum saltim valde per dictū Claudiū rolandi assertum procuratorem dicti actoris cū non constat de eius pretensa potestate. Item nec etiaz fuit prestitū pro parte dicte dionysie euocate in hac causa: licet michael mascouis procurator dicte dionysie fuisset presens quando fuit petitum prestari. ¶ Reperitur

tamen fuisse prestitum dictum calumnie iuramentũ per magistrum antonium tarditi procuratorem dicte iacquemete originaliter ree. Et si presens processus reperitur null⁹ culpa & defectu dictorum actoris & dionysie interueniente. Quia defectus iuramenti calumnie prestari petiti reddit processum nullum vt dicit glo. Joan. and. in. c. j. de iura. calum. libro. vi. super verbo annullandus. Idem etiam tenet Spe. in tit. de iura. calum. in §. sequitur. versi. & no. &c. Idez etiam tenet glo. in. l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iudi. Idem etiam tenet Bar. quē sequitur Angel. de are. doctor nouissimus in. l. in prouinciali. §. qui opus. la. ij. ff. de ope. no. nuncia. Maxime quia secundum statuta dalphinalia tale iuramentum calumnie etiam est prestandum si petatur. ¶ Et que nullitates cum reddant iudiciuz retro nullum possunt quandoq; etiam post sententiam opponi per ea que leguntur & notantur in. d. l. licet. & in. c. per tuas. extra de senten. excommu. et ibi glo.

5 ¶ † Et si sententia super huiusmodi processu nullo per vos dominum viceballiuum proferretur etiam esset sententia nulla tanq; accessoria vt dicit Spe. in ti. de sententia. §. penul. versi. Item est nulla ratione nullitatis. ¶ Tertio etiam circa negocium principale est attendendum qđ per totum processum nō constat de asserta venditione per dictum curatum actorem in quarto quinto & sexto articulorum suorum in principio processus traditorum pretensa per instrumētum nec per testes: quia super illis articulis nulli testes reperiuntur per presentē processum examinati: ideo dz dicta iacquemeta reabsolui ab impetitione dicti curati actoris iuxta. l. vulgatam. qui accusare. cum multis simi. ¶ Si non obstarent dicte nullitates que obstant taliter qđ super negocio principali nō potestis vos egregie domine viceballiue commode pronunciare quia si sup negocio principali pronunciaretis sententia vestra etiam subiaceret vitio nullitatis vt dicit spe. in loco supra proxime allegato. ¶ Nec possunt dici iustificate compulsorie dicti curati actoris ex quadam membrana pro parte dicte dionysie in cā perducta de summa sex floreñ. p verba ibi in quo annuatim tenetur cure dicti loci burgondij &c. quia illa verba propter aliud emanata non possunt inducere obligationem. argu. l. his verbis. in prin. C. de testa. mili. Tum quia dictus curatus actor non se iuuat de dicta membrana nec eam aduocauit in processu isto. Et dicta dionysia euocata ipsam produxit seu eius procurator ad alium effectum q; ad probationem intentionis dicti curati actoris: ideo non debet alium effectum operari. ¶ Tum et tertio quia dicta membrana pretense confessionis sex floreñ. nō fuit producta in publica forma grossata per notarium qui eaz pretenditur recepisse: sed pretensa nota dicitur in processu tātummodo fuisse exhibita: ideo non probat: quia licet nota fidē faciat[a] vt possit in publicam formam redigi et leuari: non tamen potest in iudicio produci vt fidem faciat nisi in publicam formam fuerit redacta vt dicit Bar. in. l. contractus. C. de fid. instru. in. j. col. Et ibi Cy. et idem Barto. in. l. si quis ex argentarijs. §.

a ¶ Fidē faciat. si nota nō grossata fidē faciat in iudicio & vide in singularib⁹ meis. fo. xciij.

tarijs.§.si initium.ff.de eden.

4 ¶†Tum et quarto non est probatoria dicta membrana sex florē. cum fuerit producta dicta pretensa nota cancellata & radiata vt legitur in hoc processu. ¶Quia cancellatura tollit actum & dispositionem vt in.l.si preses.in versi.circunduxerit id est cancellauerit.& ibi Bal.C.quō & qñ iudex.no. etiam per Jo. ferrarij.in ti.de forma libelli quo petitur hereditas.in glo.ibi.abolitū nec cancellatum.& in tit.de forma opponendi contra instrumenta.in glo.tum quia est abrasum.no.etiam Panor.in.c.ex literis.extra de fide instru. Quia cancellatio et superlineatura vitiat instrumentum per tex.in.c.cum venerabilis.circa medium.extra de reli.domi.& in.l.si vnus.iuncta glo.C.de testa.& ibi Bar.& Bald. ¶Et ex his apparet dictum dñm curatum actorem fouere malam causam non solum in principali negocio sed etiam in accessorio vꝫ super nullitate presentis processus. Tamen sententia nō potest ferri super negocio principali quia processus est nullus causis supra declaratis super qua nullitate prius est iudicandum/per supra in iure allegata:& super qua nullitate processus petit ante omnia sententiam dictus magister antonius tarditi procuratorio nomine dicte iacquemete originaliter rec condemnando dictū Antonium rolandi tanquam non habentem mandatum a dicto curato actore. Et dictam dionysiam cuocatam cuius culpa processus etiā est nullus/defectu iuramenti calūnie in omnibus expensis dicte iacquemete: ita de iure fiende videtur mihi subsignatus.

¶Summarium.

1 ☞Remedium legis edicto.C.de edicto diui adriani tol.cui competat. j
2 Interrogatoria an reus possideat vel non quando fieri debeant.
3 Generalitas obscuritatem parit.
4 Libello obscuro nemo respondere cogitur.

¶Consilium.lxxxv.

Causis & rationibus subscriptis nobilis petrus gotafredi appellans respondere non tenebatur duobus interrogatorijs.interrogatorioꝝ in pede libelli nobilis bone de vercorcio in prima instantia traditis. videlicet octauo et nono ipsorum interrogatoriorum:et propterea dici & pronunciari debet per vos dominum iudicem appellationum male per dominuꝫ viceballiuum a quo fuisse processum & ordinatum & pro parte dicti nobilis petri bene appellatum.

1 ¶†Primo quia vt ex lectura dicti libelli in prima instantia traditi & conclusionis eiusdem apparet qđ ipsa pars appellata intentauit remedium.l.edicto.C. de edi.diui adria.tollendo.qđ remedium sibi non cōpetit cum ipsa appellata in dicta prima instantia non docuerit de pretenso ibi testamento Claudie arsonde de quo pretenso testamento ipsa nobilis bona in prima instantia dicto iudici a quo ante oia fidem facere debuisset & ipsum ipsi dño iudici a quo exhibuisse in publica forma non vitiatum non cancellatum nec in aliqua parte suspectum:antequam audiri debuisset per tex.in.d.l.edicto. circa principium. Ideo cum ipsa appellata de ipso pretenso testamento non docuerint coram dicto domino iudice a quo dicta interrogatoria fuerunt superflua qꝛ illa missio in possessionem fieri non debet sine exhibitione testamenti: & propterea illa interrogatoria tradi nō debuerunt:quia et si ipse nobilis petrus ipsi bone confessus fuisset tenere adhuc nō obtinuisset dicta pars appellata missionem in possessionem cum non exhibuisset dictū pretensum testm̄:illa interrogatoria fuerūt superflua & nō debuit ipse nobilis petrus onerari tali superflua rñsione. ar.l.j. ibi:quibus legibꝰ resecatis superfluis.C.de nouo co.cōpo.&.l.nō cogendū.§.fi. ff.de procur. ¶Et si ipsa appellata in hac scda instantia dictū pretensum testm̄

producere vellet nō ppterea posset dicta interlocutoria a qua
extitit appellatū reuocari: qꝛ interloquutoria non potest cōfir-
mari vel reuocari ex nouis actis nisi ex actis prime instantie
iuxta cle. appellanti. in fi. de app. quia illa regula iuris nō pro-
batum probabo: nō habet locū in sententiis interloquutoriis
nisi in diffinitiuis. vt ibi dicunt de zabarellis. ꝛ doct. in d. cle.
appellanti. ¶ Scdo male fuit ordinatum per dictū dn̄m iudi-
cem a quo: quia dicta appellatio in dicto suo libello in prima
instantia oblato nō concludit nec agit ad restitutionē bonorū
de quibus agitur: ideo nō debuit ipse nobilis petrus origina-
liter reus onerari respondere si tenebat bona in dictis interro
2 gatoriis mentionata. †Quia interrogatoria fienda an reus te-
neat ꝛ possideat nō debent fieri nisi vbi agitur super dominio
vel quasi actione reali ad restitutionē rei iuxta. l. qui petitorio.
ff. de rei ven. ꝛ. l. j. C. de alie. mu. iudi. causa facta. cū si. Et idem
in actione ypothecaria quia ibi agitur etiam ad restitutionez:
vt. l. ꝛ que nōdum. §. qđ dicitur. ff. de pig. facit. l. iij. §. est autē. ff.
ad exhibē. Et idē in actione publiciana vbi agitur super quasi
dominio restitutionē rei petite. l. eū qui. §. qui petēti. ꝛ. §. in pu-
bliciana. ff. de publi. vbi aūt intentatur dictū remedium. l. edi
cto nō agitur ad rei restitutionē: ideo non debuit dictus nobi-
lis petrus interrogari an teneat et possideat bona ex aduerso
petita per iura supra allegata. ¶ Tertio qꝛ in octauo dictorum
interrogatoriorū cui fuit etiā ordinatū per iudicem a quo rn̄de
ri fit relatio ad quedam pretensa instrumēta recognitionum ꝛ
diuisionū. Et dꝛ etiam ibi prout in eisdem instrumētis cōtine-
tur ꝛc. cui interrogatorio propterea non erat nec est respōden-
dum nisi prius exhibitis dictis ex aduerso instrumentis ibi mē
tionatis cū ipsa instrumenta sint pars interrogatorij ꝛ non po
terat ipse nobilis petrus deliberare si negare vel confiteri de-
bebat dictū interrogatorium quia ignorat qui sunt census in
ipso interrogatorio mentionati ꝛ si possideat vel ne ipsos cen-
sus ideo ipse nobilis bona originaliter actus informare debuit
ipsum nobilem petrū originaliter reum de ipsis censibus per
exhibitionem ipsorum instrōrum ex quo de ipsis instrumētis
in ipso interrogatorio fecit relatiue mētionem. ita dicit Inno.
in. c. j. de proba. quem sequūtur Barto. ꝛ doct. in. l. j. ff. de eden.
¶ Et si dicta appellata vellet dicta instrumēta in hac causa ap
pellationis producere nō prodessent eidem appellate: qꝛ vt su-
pra dixi interloquutoria nō potest cōfirmari vel reuocari ex no
uis actis: per dictam clemen. appellanti. in fi. de appella.

a ¶ Ulꝛ libello obscuro. De libello gn̄ali ꝛ obscuro vide l singularibus meis. folio. cxcvj. et fol. cclj. verso.

3 ¶ †Quarto qꝛ dicta duo interrogatoria sunt generalia qꝛ non
declarāt census nec alia bona ibi mētionata ꝛ sic sunt obscura
quia generalitas inducit obscuritatem in. l. aut qui aliter. §. si
quis denūciauerit. ff. qđ vi aut clam. Et ideo alibi dicit Bar. qđ
positioni obscure nō est rn̄dendū nisi declaretur. ar. l. de etate.
§. nihil. ff. de interrog. acti. ꝛ in. l. ita fidei. ff. de iure fisci. ꝛ facit
l. precibus. C. de impu. ꝛ aliis substi. ita dicit Bar. in. l. vbicunqꝫ.
4 ff. de interro. act. in sua repetitione †ꝛ si iudex pronunciet fore
a respondendum tali positioni vel libello obscuro[a] potest ap-

pellari: vt in.c.significantibus.extra de libelli obla.a similiter go potuit dictus nobilis petrus appellare a dicta interlocutoria qua ordinatum fuit dictis duobus interrogatorijs obscuris responderi. Ideo pronuntiari & sententiari debet male per iudicē a quo interlocutum. Et pro parte dicti nobilis petri gotafredi bene fuisse appellatum.

¶ Summarium.

1 ☞ Ablatiuus absolutus in dispositione appositus reddit eā conditionalem.

2 Exceptio petitorium concernens quando in possessorio admittatur.

3 Statutorum verba sunt ciuiliter intelligenda.

¶ Consilium.lxxxvi.

Additio ad allegatiōes iuris nobilis Frācisci de voro circa materiam statuti si quis. que allegationes iam facte sunt.s.consilio.lxij. & de consilio.lxij. materia istius pcessus: vide.s.csi.xxxviij.

1 ¶ † Attendatis si placet domini mei circa ordinationem fiendam q prout dñi mei melius me scitis dictū statutū [a] non; hz locū nisi in vi expulsiua vt declarant verba dicti statuti ibi pbata possessione & eiectione &c. Et dispositio dicti statuti est cōditionalis: videlz si pbetur spoliatio, siue eiectio per illud verbū ablatiui absoluti pbata possessione & eiectione: qui, ablatiuus absolutus reddit dispositionē ipsius statuti cōditionalē. in.l.a testatore.ff.de cōdi. & demon. & in.l.thais.§.stichum.ff.de fideicom.liberta. & cum defecerit conditio quia non fuit probata eiectio: vt declaraui in dicto alio meo consilio circa primum dubium. sequitur ergo q deficiente conditione adiecta in dicto statuto deficere debet depositio & effectus ipsius statuti. argum.in.l. in conditionibus.§. hec scriptura.ff.de cōditio.& demonstratio. ¶ Et hec exceptio quod non habuerit locum dictum statutum admitti debet.

2 † Quia licet in iudicio possessorio reintegrande non admittatur exceptio concernens petitorium: tamen exceptio detrahens ipsi possessorio vel eum continens vt in casu nostro admitti debet. vt dicit glos. quam sequuntur docto. in.c. cum ad sedem.extra de restitu.spolia.super verbo testes. & dixi super statuto.si quis.per literas.in glos. super verbis violentia vera

3 purgata.in prima.q. ¶ † Item etiam quia verba statuti sunt ciuiliter intelligenda: videlicet si rite & recte seruata fuerit forma ipsius statuti per iudicem in reintegratione per eum facta: per ea que dicit Bartolus in.l.diuus.ff. de testamento militari.et in.l.j.§.j.ff.quod vi aut clam.et in.l. pretor.ff. qui satisdare cogantur. Hinc est quod alibi dicunt doctores q si statuto caueatur q bannitus possit impune occidi debet intelligi de rite bannito vt dicunt Bart.& Ange.de aretio in.l.quarta.§.condemnatum.ff. de re iudicata. et de hoc latius tetigi in apparatu statuti si quis.in glos.super verbo. omni allegatione.in tertia colum. ¶ Ideo de iure reuocari debet cōtrario imperio ordinatio / qua fuit ordinatum expensas solui per

a ¶ Dictum statutum. de hac materia vide in apparatu meo statuti si qs per literas. in gl. super verbis an dicatur q̄ fuerit violētus, in fin.

dictum nobilem franciscũ anteq̃ respondeat articulis. Quia statutum nõ habuit locum: quia licet nobilis Claudius de vo:o forte probasset turbationem nõ tñ probauit spoliationẽ vt plene in dictis allegationibus iuris presentibus allegatis declaratur. Cetera suppleant immense peritie vestre.

¶ Summarium.

1 ☞ Masculorum nomine qui veniant.
2 Clausula appellatione remota quando adiecta presumatur.
3 Uoluntas cõiecturata debet a iudice attendi.
4 Donatio de patre in filium quando dicatur valida.
5 Ablatiuus absolutus est in vim conditionis resoluendus.
6 Legibus prohibitorijs renunciari non potest.
7 Juramentum ad ignorata non extendendum.
8 Renunciatio metu vel reuerentia patris est inualida.

¶ Consilium. lxxxvij.

Pro declaratione iuris quod nobilis Gabriel gruide filius dñi de molario quõdã habere intendit in castro de molario et iuribus eiusdem premittenda in facto sunt sequẽtia anteq̃ perueniatur ad decisionem iuris ipsius nobilis gabrielis. ¶ Primo quod de anno domini. M.cccclxiij. et die vicesimasexta mensis septembris dominus gruide miles dominus castrorum miribelli castri bernardi et de molario sibi heredem vniuersalem instituit in suo testamẽto nobilẽ ioãnem dominum de molario vltimo defunctum eius nepotem filiũ antonij sui filij predefuncti.

¶ Et si dictus ioãnes heres non esset vel heres fuerit et in pupillari etate decederet sine liberis masculis: aut ipsi liberi sine talibus liberis masculis superstite posthumo in ipso testamẽto nominato eundem posthumum sibi heredẽ vniuersalem instituit &c. ¶ Postea de anno domini. M.ccccxvij. et die vicesima mens. Januarij dum tractaretur de matrimonio contrahendo inter dictũ nobilem ioannem gruide et nobilem poliam filiã domini eymari de vrina militis fuit actum in dicto contractu matrimonij et per partes concessum: q̃ primus masculus nasciturus ex dicto matrimonio seu secundus vel tertius videlicet ille de quo magis expediẽs videretur dictis cõiugibus deberet heres institui per dictum Joannem gruide in bonis ipsius Joannis gruide citra drapum a parte chamberiaci. ¶ Et vlterius ipse dominus hugo gruide auus paternus dicti ioannis contemplatione dicti matrimonij dedit et donauit pro se et suis donatione propter nuptias irreuocabiliter que fit et dicitur inter viuos dicto Joanni gruide eius nepoti presenti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus quibuscunq̃ in futurum: videlicet dictum castrum de molario cum iuribus et pertinẽtijs suis: et omnia alia eiusdem domini hugonis bona q̃cũq̃ sint illa que ipse dominus hugo habebat citra drapum a parte chamberiaci sine detractione quacunq̃. ¶ Acto etiã retento per dictum dominum hugonem donatorem quod casu quo idem nobilis Joannes gruide et sui liberi masculi decederẽt sine liberis masculis et sui liberi masculi sine liberis masculis quod dictũ castrũ de molario et oia alia bona eidẽ ioãni vt. s. donata dicto dño hugoni aut suis reuerterent. ¶ Que oia dicte partes pmiserũt et iurauerũt habere rata et grata attendereq̃ et nõ cõtra facere dicere vel venire &c. vt in instrumẽto matrimonij latius continetur. ¶ Postea ab humanis decessit dictus dñs hugo gruide auus dicti Joãnis gruide superstite ipso Joãne eius herede vniuersali et qui fuit eius heres vniuersalis: quia dictus dominus hugo nullum habuit posthumum. ¶ Deinde dictus nobilis ioãnes gruide dñs de molario vltimo

defunctus in cōtractu matrimonij dicti gabrielis eius filij et nobilis amedee filie domini vriatici quondā dedit ⁊ donauit dicto gabrieli castra sua miribelli ⁊ castri bernardi. ¶ Et postea adiecit clausulā sequentem retentoq; etiam ⁊ reseruato qđ cum in contractu matrimonij ipsius domini de molario ⁊ dn̄e seu consortis idem dominus de molario dederit et donauerit eius primogenito castrum suum de molario cum suis iuribus ⁊ pertinentijs: quod casu predicto contingente dictus nobilis gabriel eius filius sit esse debeat contentus de dictis castris miribelli et castri bernardi: vt supra cōtemplatione presentis matrimonij datis. et quod nihil aliud petere possit casu cōtingente in dicto castro et iuribus eiusdem ⁊ pro his esse debeat contentus ⁊c. ¶ Nunc vero contingit quod ab vno mēse citra ab humanis decessit dictus nobilis ioannes gruide dominus de molario pater dicti gabrielis ⁊ nepos dicti domini hugōis gruide cuius fuerunt dicta castra de molario miribelli ⁊ castri bernardi. ¶ Et ipse nobilis Joānes gruide in suo testamento non sibi instituit heredem vniuersalem dictum gabrielē eius filium: sed filiam. suam vxorem nobilis guigonis alamandi. ¶ Et sibi heredem particularem instituit dictum gabrielem in dictis castris miribelli et castri bernardi: que sibi donauerat in dicto suo contractu matrimonij. ¶ Et vltra sibi dedit ⁊ legauit eidem gabrieli homagium nobilis Joannis alamandi de pasquerijs. ¶ Ex quibus sic presuppositis videndū est in iure. Si dictum castrum de molario cum iuribus eiusdē pertineat dicto nobili gabrieli vel non.

1 ¶ † Et videtur quod pertinere debeat dictum castrum de molario dicto nobili gabrieli. Primo per testamentum dicti domini hugonis gruide proaui sui paterni: in quo testamento. dictus gabriel videtur substitutus in dictis bonis ⁊ castris q̄ habebat et possidebat ipse dominus hugo per verba adiecta in dicto suo testamēto de quibus supra in. ij. c. fit mentio ibi: aut ipsi liberi

a sine liberis ⁊c. quia p illa verba ᵃ liberi liberorum videtur granati et per consequens substituti vt dicit Bar. in. l. centurio. q. vltima tertie questiōis principalis. que incipit. Quero vlterius. quid si testator ⁊c. ff. de vulga. et pup. Secus autem si ipse dn̄s hugo testator substituendo dicto Joānni eius nepoti dixisset. ¶ Et si dictus Joannes sine liberis decessisset ⁊c. quia per illa verba liberi dicti Joannis non viderentur substituti dicto ioanni heredi: sed operarentur illa verba conditionem ⁊ nō dispositionem scdm gl. Bar. ⁊ cōiter doc. l. l. in. i. la. ij. ff. de he. insti. ¶ Ex alio capite etiā videtur dictum castrum de molario pertinere debere dicto nobili gabrieli per cōtractum matrimonij dicti nobilis ioānis ⁊ domine polie parentum dicti gabrielis de quo cōtractu matrimonij fit mentio supra in tertio quarto quinto et sexto capitulis: in quo contractu matrimonij dictus dominus hugo donauit donatione inter viuos dicto nobili ioānni ⁊ suis liberis masculis dictum castrum de molario. ¶ Et licet in clausula supra in quarto capitulo descripta non fuerit adiectū verbū masculis: sꝫ simpliciter donauerit dicto

a ¶ Per illa v̄ba. De hac materia vide ēt. S. cō. xxij.

Joanni eius nepoti sub illis verbis presenti et stipulanti pro se
a ℂ Heredibus. intelligitur. de liberis. tex. et ibi glo. notabi. in. l. ex facto. §. fi. ff. ad trebel. a et suis heredibus [a] et successoribus quibuscumque etc. non adijciendo verbum masculis: tamen debent illa verba interpretari quod ipse dominus hugo donans voluit intelligere et donare liberis masculis dicti Joannis et per consequens dicto gabrieli eius filio masculo. ℂ Et hoc demonstrant verba precedentia de quibus supra in tertio capitulo fit mentio vbi voluit ipse dominus hugo donator dicti Joannes et polia coniuges deberent instituere heredem vniuersalem primum eorum filium masculum secundum: vel tertium. demonstrant etiam verba sequentia in dicto contractu matrimonij adiecta supra in quinto capitulo descripta dum voluit ipse dominus donator quod si ipse ioannes et sui liberi masculi decederent ante dictum dominum Hugonem quod ipsa bona per ipsum dominum Hugonem donata eidem reuerterentur: illud enim verbum masculis quod precedit et sequitur dispositionem dicte donationis de qua supra in quarto capit.

b ℂ Adiectum. cla generalis quae referatur ad precedentia vel sequentia et quando. vide spe. in ti. de instrumentorum editio. §. nunc autem videndum. versi. item excipitur falsis cla. b fit mentio videtur ibi fuisse adiectum [b] et est ibi intelligendum ex tacita mente ipsius donantis per textum in. l. si seruus plurium. §. fi. in fi. ff. de leg. j. et facit. c. secundo requiris. extra de
2 app. † vbi illa clausula appellatione remota in princ. rescripti adiecta subintelligitur in medio adiecta: et si in medio fuerit adiecta intelligitur in fine fuisse adiecta. Maxime in casu de quo agitur quia ipse dominus Hugo donans presumitur bona sua voluisse preseruare masculis: qui conseruant eius agnationem. ar. l. j. §. j. ff. de ventre inspici. et no. per Cyn. et Saly. in. l. j. C. de adul. et Bald. in. l. fi. C. de liberis preteritis cognomenque et insignia donantis differunt masculi non autem femine. eleganter notat Bar. in suo tractatu de insignijs et armis. et in. l. j. C. de dignitatibus. lib. xij. et hanc voluntatem ipsius domini Hugonis quod ipse voluerit bona sua ad masculos deuenire declarauit ipse in dicto suo testamento de quo supra in secundo capitulo fit mentio: vbi ipse substituit dicto Joanni eius heredi: eius liberos masculos: et liberos masculos liberorum suorum masculorum. Et idem de liberis masculis videtur disposuisse in dicta donatione ex coniecturata sua mente: quia voluntas etiam coniecturata est attendenda iuxta ea que leguntur et no. in. l. j. in fi. C. de con
3 di. insertis. † Et ad quam voluntatem etiam coniecturatam [c]
c ℂ Coniecturatam. vide quod scripsi in decisio. pla. questio. xlv. c attendere debet quilibet bonus iudex vt plene per glos. et doc. in. d. l. si seruus plurium. §. fi. et in. l. voluntates. et in. l. cum virum. in fi. C. de fideicommissis. Et ita tam ex dispositione testamentaria dicti domini Hugonis quam virtute dicte donationis in dicto contractu matrimonij per ipsum dominum Hugonem facte dictum castrum de molario videtur pertinere debere dicto nobili gabrieli pronepoti ipsius domini Hugonis.

4 ℂ † Nec potest dici dicta donatio inualida quia de patre in filium Primo quia contemplatione dicti matrimonij fuit facta. Secundo quia ibi interuenit iuramentum: que duo et alterum ipsorum facit valere dictam donationem: vt de istis duabus rationibus plene scripsi in decisionibus parlamenti questio. cxlv. et questio. cxlvj. et ibi sufficiat remissio causa breuitatis.

¶ Et si dicta donatio posset dici inualida prout nõ potest adhuc remaneret dicto gabrieli ius in dicto castro de molario vigore substitutionis adiecte in dicto testamẽto domini Hugonis: vt supra in iure declaraui in prin. presentis consilij.
¶ Et si dicatur quod dictus gabriel renunciauerit iuri sibi cõpetenti in dicto castro de molario in contractu sui matrimonij de quo supra in octauo ca. fit mentio: cum ipse acceptauerit donationem sibi factam per dictum nobilem Joannẽ eius quõdam patrem de castris miribelli et castri bernardi. Ita q͛ nihil vlterius in bonis dicti eius patris petere posset: sed q͛ de dictis duobus castris miribelli et castri bernardi deberet esse
hoc rn̄detur multis mediis. Primo quia dictus achardi dedit aliam ⁊ secūdaꝫ
cautionem insertam in processu. fo. clii. in qua describūtur verba generalia ibi
ad causam predictam cum dicta sequela ⁊c. per que verba videtur cōprehensa
tota summa petita in libello dicti albi inserto in processu. fo. cvii. Tum q̄r fuit
lis contestata pro parte dicti achardi. fo. cxxvii. super dicto libello in quo petū-
tur dicti ducentum franci ex qua litis contest. videtur ipse achardi iurisditio-
nem dicti primi iudicis de romanis prorogasse pro cognoscendo in dicto libel
8 lo petita. vt per glo. ⁊ docto. in. l. si conuenerit. ff. de iurisdi. om. iudi. † Tū quia
iurisditio iudicii qui h̄ꝫ cognitionē vsq; ad certam summā potest prorogari de

a maiori summa [a] vt dicit ꝛ tenet Saly.in.l.certa rõne in peñ.q: C.qñdo prouocare nõ est necesse.ꝛ facit tex.in.l.de qua re.§.j. ff.de iud.que iurisditio dicti primi iudicis de romanis fuit per dictũ achardi ꝓrogata causis .s. prime declaratis.igit valuit snia dicti iudicis de romanis:nec põt redargui de nullitate ꝑ ꝑdicta. ¶Silr etiã nõ obstat qd pars aduersa pretẽdit de asser
b to libro rationũ [b] dicti achardi in ſ·da instãtia corã iudice appellationñ ꝓducto.q: ille assertus liber non facit fidẽ ꝯtra tertiũ tanꝗ scriptura priuata vt dicit Jo.ferrarij in ti. forma opponendi ꝯ instrumenta.in glo.super verbo non cogitur . vbi plene tractat de libris mercatoꝝ. Tũ q: ꝛ si dictus assertus liber rationum faceret aliquam presumptionez quod negatur: illa pretensa presumptio tolleretur per aliam presumptionez de qua supra tetigi videlicet ex eo q dict⁹ albi ꝓbauit per dictos testes q ipse achardi.tenebat dicto albi.tpe dicte responsionis in certa summa pecunie.ideo illa pretensa presumptio asserti libri rõnũ tollitur per aliã:q: vna presumptio per aliã tollitur.l.si qui.cum ibi not.C.de adul. ꝛ arg.l.illd.ff.de peri. ꝛ com.rei vendite.

a ¶De maiori summa. vide in decisio.parla.q. dcxxvj. et.j. ꝯsil.cxvj.
b ¶Libro rationũ. Uide Joan.de grassis in.c. scriptura. de fide instr. et Jo. fer. i ti. forma opponẽdi contra instrumentũ publicuz ꝛ in decisio. parlamẽ. q. ccccxlj.

¶Summarium.

1 ☞ Bona per filium quesita patre viuente an sint fratribus communicanda.
2 Bona per filium patre mortuo quesita ex pecunia patris non presumuntur quesita.
3 Donatio facta filio per patrem quando valida censeatur.
4 Edificia in locis filio per patrem donatis constructa sunt fratribus communicanda.

¶Consilium.ciiij.

c PResuppositis [c] supra in facti narratione declaratis proveris dico q dictus petrus lauiginati acquisita per eum viuente dicto eius patre ponere debet in communione cũ dicto stephano eius fratre in diuisione eorum hereditatis paterne per.l.filie.la.ij.in fin.ꝛ ibi hoc dicit Cy.C. de collationibus:quia cum ipse petrus in familia patris residebat ꝛ bona ipsius patris gubernabat cum pater senio fractus esset presumitur ipse petrus ex bonis patris acquisiuisse per ea que dicit glo.in.l.cum oportet super verbo ex eius substantia.quam ibi sequuntur Joan.fab.ꝛ docto.C.de bo.que liberis.ꝛ idem dicit Joan.fab.institu.per quas personas nob. acquiritur.in.§.j. Nisi contrarium probaretur vt dicunt Cyn. Joan.fab.ꝛ docto.in locis preallegatis Cuius contrarij probatio incumberet dicto petro.per.l.cum multum interest.cũ ibi.notatis.C.si qs alteri vel sibi. facit.ff.de furtis.l.q vas.§.fi. faciunt etiam nota.per Barto.in.l.titium et meuium.§. altero.ff.de admini. tuto.

c ¶Presuppositis. de duobus fratrib⁹. bona communia habentib⁹: de quo etiã vide.s. ꝯsil. xx.ꝛ.xxvj.vide in singularib⁹ meis fo. ccxiiij.

1 ¶Aduertendũ tñ dico circa[1] hoc q: ipse petrus ponet in cõione tñmodo precia bonoꝝ per eũ acquisitoꝝ. Non autem ipsa bona acquisita cum ipse petrus ipsa bona acquisierit nomine

suo proprio l:ideo propria sibi remanebũt per.l.si patruus.C.
communia vtriusq3 iudic.facit.l.si vnus §.j.ff.pro socio.Quia
res empta ex pecunia mea non est mea.l.si ex ea pecunia.C.de
rei ven.cum si.

2 ¶†Sed quid de bonis per dictum petrũ acquisitis post mor-
tem patris:certe hoc puto dicendũ quod bona per dictũ petrũ
post mortem patris acquisita nõ presumuntur empta ex pecu
nia vel ex bonis patris.Attento quod ipse petr⁹ est industrio-
sus et mercator et qui potuit acquisiuisse aliunde ꝙ de bonis
paternis.licet ipse petrus ipsa bona paterna indiuisa adhuc
teneat regat ꝛ gubernet vt hec probatur in simili in.l.si defun-
ctus.cum ibi not.per doct.C.arbi.tutelle.Ideo nõ tenetur ipse
petrus communicare bona post mortẽ patris acquisita:quia
licet post mortem patris dictus petrus rexerit prout et adhuc
regat et gubernet omnia bona paterna . non tamen fuit inter
ipsos duos fratres contracta societas etiã tacite:quia vbi vn⁹
fratrum negociatur ꝛ alter non: vt in casu nostro:non contra-
hitur societas inter eos vt dicit Barto.in.d.l.ticium.§.altero.
nisi dict⁹ stephanus alter frater vellet probare contrariũ vide-
licet quod ipse petrus de bonis hereditarijs dicta bona post
mortem patris acquisiuerit quod facere posset ipse stephanus
iuxta que leg.ꝛ not.in.d.l.si defunct⁹.Sed erit dicto stephano
difficile illud probare quia dictus petrus est industriosus et
mercator ꝛ cõsueuit lucrari in mercantijs ideo ex lucro suo pre
sumitur acquisiuisse illa bona empta post mortẽ patris:vt di-
cunt doc.s.alleg.Fateor tamen quod dictus petrus tenebitur
rationem reddere dicto stephano eius fratri de fructib⁹ ꝛ alijs
gestis et administratis in dicta hereditate post mortẽ patris.

3 ¶†Sed quid de donatione quam pater fecit dicto petro de q̃-
busdam domo grangia et plassegijs:posset dici dicta donatio
vno respectu valida licet inter patrem et filium : quia in ea in
teruenit traditio iuramentum ꝛ confirmatio per mortẽ patris
qui eam non reuocauit ante mortem et sic videtur valere per
rationes quas ego plene adduxi in decisionibus parlamenti.
q.cxlvij.l tamẽ alio respectu fuit inualida dicta donatio:qꝛ non
fuerũt l ea seruate solẽnitates de quib⁹ in statuto dalphinali
nouissime facto fit mentio.

4 ¶†Sed quid de domo ꝛ grãgia nouiter per dictum petrum cõ
structis in dictis rebus donatis dic quod ipsa dom⁹ et grãgia
diuidentur inter dictos duos fratres equaliter cũ alijs bonis
hereditarijs nec tenebitur dictus stephanus rationem facere
dicto petro de melioramentis ibi factis viuente patre quia p̃-
sumitur ipse petrus illas nouas cõstructiones ibi fecisse ex re-
bus ꝛ bonis paternis per ea que dixi supra in pn.pñtis cõsilij.
¶Alia etiam consideratione nõ tenebitur dictus stephanus
rationem facere dicto petro de nouis edificijs ibi factis:qꝛ tpe
donationis ibi erant alie domus ꝛ grãgie ad sufficiẽtiã:quas
ipse petrus dirui fecitꝛ ideo alia nouiter edificata dici possent
edificia voluntaria [a] de quibus ratio haberi nõ debet iuxta ea
que leg.ꝛ no.in.l.j.ff.de impẽ.in rebus do.factis.maxime quia

a ¶Voluta-
ria.Vid azo.
C.de rei vẽ.
in §.ipẽsaꝝ.
et vide.l.im
pẽ.ff.de ver.
signifi.

ipse petrus fuit in mala fide ibi edificando: quia dicta donatio non valuit: ideo non debet sibi fieri ratio de dictis edificijs p ea que dicit azo. in summa. C. de rei ven. in §. item alie. ibi: si fo fiant gratia rerum &c.

¶ Summarium.

1 ¶ Eligens actionem in factum natam ex snia an censeatur renunciare iudicis officio.
2 Officium iudicis an possit cū actione cōcurrere.
3 Missus in possessionem causa legati servandi cōtra heredē vt sibi de legato satisfaciat agere potest.
4 Creditor potest bona debitoris incarcerati apprehendere.
5 Procurator potest ad literas excōicatorias redire actione in factum relicta per eum intentata.

¶ Consilium. cv.

In causa ventente corā vobis venerabili & egregio viro dño officiali metropolitano Viēne inter Joannem borrelli: tamen instantem ex vna parte et franciscum corzet in nominibus quo in actis se defendentem.

1 ¶ † Pro parte dicti borrelli fuit tradita quedam cōparitio que incipit dicti honorabilis &c. in qua ille qui dictā cedulam dictauit false allegauit Spec. & Bar. quia nō est verū qd ipsi dñi docto. dicant qd eligēdo actionē in factum ex sententia natā videatur renunciatū officio iudicis qd etiam cōpetit pro obtinendo effectū sententie. Sed bene dicūt qd ex sentētia dantur duo remedia ad obtinendum iudicatum: videlz actio in factum & officium iudicis. Sed nō dicunt qd electa vna via tollatur alia. ideo ille qui dictam cedulam dictauit eā dictauit aut volēdo decipere partē & iudicem aut forte quod ipse ignorat veritatem iuris. Hūc tamen articulum in iure bene & plene tractat & declarat, ioānes ferrarij in tit. forma libelli in actione reali in gl. super verbo quatenus ex officio. circa finem. ibi: ex premissis ergo patet &c. cuius verba hic duxi inserēda & describenda de verbo ad verbum: vt clari⁹ colligi possit mens ipsius domini Jo. ferrarij.

¶ Sequuntur eius verba nihil addito neqz remoto.

2 ¶ † Ex premissis autē patet soluta questio qua solet queri an iudicis officium cōcurrat cum actione vt vbi competit actio debet et similiter intentari possit officium iudicis: in qua questiōe sic dic. Aut loquimur in officio iudicis mercenario: et illud currit a si concurrat non videtur ergo ei renunciatum semper [a] cum actione proposita vt. s. dictum est. ¶ Aut loquimur de nobili & hic considera quod quoddā est officium nobile qd competit et datur fm ius commune illud cōtinuādo. et tūc cōpetit vbicūqz et actio competit. vt in. c. conquerēte. & ibi per Innocē. extra de offi. iudi. ordi. cum tale iudicis officium sit latissimum. vt. l. j. ff. de iuris. om. iudi. Quoddam vero est nobile officium quod dat seu cōpetit cōtra ius cōmune & illud impugnat de quo loquit. c. iudicis officiū. extra de offi. iudicis. &. l. in caussa. ff. de mino. vt est in integrum restitutio: et tunc non datur tale officiū vbi

a ¶ Semp: attende ad istud verbū semper quia si semp concurrat offm iudicis pōt ergo sem p i tentari.

alis actio competeret sed solum datur in defectum actionis al terius.quod sequitur Inno.in loco preallegato. ¶ Ex quibus verbis satis colligitur quod cum actione in factum que datur ex sententia possunt cōcurrere officiū iudicis mercenarium et etiam nobile quando vt in casu de quo agitur:officiū iudicis nobile competit secundum ius cōmune prout cōpetit vt dicūt Spe.⁊ Bar.in locis per partem aduersam allegatis vt dixi su pra in principio presentis cōsilij. Nec eligendo actionē videt renunciatum officio iudicis per predicta.

¶ Sed quia dominus guido pape vt procurator in rem suā a dictis coyretis dudum constitutus petijt debitum de quo in li teris excommunicatorijs fit mentio coram officiali grationo polis:si ipse dominus guido derelicta dicta petitione ⁊ procu rator predictus iuncto sibi dicto frācisco coyreti potuerit iuri dice exequi facere dictas literas excommunicatorias contra dictum borrelli excommunicatum ⁊ ei⁹ bona prout factū fuit: vt fuit deductū in articulis dicti frācisci in causa traditis. Et dicendū est indubitāter qđ sic:causis et rationib⁹ subscriptis.

5 ¶ † Primo quod videmus quod si quis fuerit missus in posses sionem causa legati vel fideicōmissi seruandi ipse nihilomi nus potest agere contra heredem vt sibi de legato satisfaciat in.l.qui legati.C.vt in possessionem legatorum vel fideicōmis sorum.ita quod per missionem in possessionem bonorum non videtur actioni sue personali renunciasse. ¶ Et illā.l.q̄ legati inducunt doc.in argumētum quod si fecit sayſiri debitū debi toris mei quod nihilominus possum debitorem meum com pellere [a] ad mihi soluendum.Ex quibus patet quod dicti coy reti constituendo procuratorem dictum dominum guidonem pape vt in rem suam ad exigendum dictum debitum qđ non videtur dictis eorum literis excommunicatorijs renunciasse p dictam.l.qui legati. ¶ Secūdo quia videmus quod si debitor sit alternatiue obligatus soluere creditori vel tenere hostagia potest nihilominus ipse creditor compellere debitorez ad sibi soluendum licet debitor teneat hostagia. Nec petendo debitū videtur hostagijs renunciasse.ita dicit Bar.in.l.i.ff.de lege cō missoria.ita in proposito licet dictus borrelli sit excommunica tus potuit nihilominus cōpelli ad soluendum per dictū dn̄m guidonē pape procuratorio nomine in rem suā dictorū coyre torū. Nec petendo debitum videret renunciasse dictis literis excōmunicatorijs. ¶ Tertio quia licet quis primo intētauerit petitorium potest ipsum petitorium relinquere ⁊ intētare pos sessorium quod est magis priuilegiatū vt in.c.pastoralis.extra de causa poss.⁊ proprietatis.

4 ¶ † Quarto q2 l3 q̄s detineat incarcerat⁹ ad instātiā sui credi toris.Ipse creditor nihilomin⁹ pōt cōuolare ad bona ipsi⁹ de bitoris vel ecōtra.si creditor pr̄o cōuolauerit ad bona debito ris pōt nihilomin⁹ postea cōuolare ad psonā debitoris vt dicit et tenet Ang.de aretio doc.nouissim⁹ in.l.iij.§.si ex cōuētiōe.ff. de re iudi.q̄ ad istud propositū inducit dictū.§. ¶ Et idē etiā si quis fuerit missus in possessionem ex primo decreto in vna re

[a] ¶ Cōpelle a re.bar.⁊ doc. tenent Iriū ⁊ vide in sin gularibus meis folio. clxxj.verso.

debitoris potest poni in alia re ex secundo decreto:et est licitum variare secu͂dum Jaco.de but.et Barto.vt refert ipse Ange.de are.qui idem tenet in.d.§.si ex conuentione.

5 ¶†Et ex his premissis rationibus patet quod fuit licitum dicto domino Guidoni procuratori predicto derelicta actione in factum per eum intentata/procuratorio nomine predicto coram dicto domino officiali Grationop. pro dicto debito redire ad dictas literas excõicatorias ꝛ monitorias / et facere eas exequi in bonis dicti borrelli debitoris excõicati. Attẽto quod ipse dominus Guido renunciauit dicte cause coram dicto officiali per eu͂ nomine predicto mote. ¶Uidimus enim quod si competant duo remedia circa idem vnum ordinariu͂ et aliud extraordinarium/vnum non tollitur per aliud : quia si primo intentauero remediu͂ ordinarium possum nihilominus postea redire ad extraordinarium maxime quando extraordinarium habet pleniorem effectum ꝙ ordinarium.vt dicit ꝛ concludit Cy.in.l.etiam.in quarta oppositione.C.si tutor vel curator intercesserit.Sed officium iudicis in casu de quo agitur habet pleniorez effectum:quia absq; libelli oblatione ꝛ aliquo alio strepitu iudicij fit executio iudicati. igitur ꝛc. ¶Est etiam domine mi domine officialis aduertendu͂ ꝙ ab expletis vigore dictarum literarum excommunicatoriarum monitoriarum a vobis dudum emanataru͂ dictus borrelli non appellauit ad vos nec ad aliu͂ superiorem ideo nõ debet ipse borrelli in hac causa audiri per viam simplicis querele quia in actibus iudicialibus vt in casu nostro locu͂ habet appellatio. Nõ autem locum habet via simplicis querele.ita dicit Joan.monachi in.c.cõsultationi.de appel.lib.vj.in glo.j.circa medium.ibi:via tamen simplicis querele ꝛc.sed dictus borrelli in hac noua causa coram vobis procedit non per via͂ appellationis sed per viam simplicis querele:ideo non est audiendus: ꝛ petita per eum fieri non debent.

¶Summarium.

1 ☞Fratribus nil qͥritur ex contractu per fratrem inito quem non ratificauerunt.

2 Debitor quo casu morosus dici possit.

3 Creditor quando ad domum debitoris causa solutionis recipiende debeat venire.

¶Consilium.cvj.

Honorabilis vir Joa͂nes attinerij secretarius Dalphi.dudu͂ abergauit ꝛ in emphyteosim tradidit quasdam possessiones Jacobo roberti al's quarto recipienti noi͂bus suo et triu͂ aliorum suoru͂ fratrum sub certo annuo censu et sub certis intragijs per ipsum Jacobum dicto attinerij soluẽdis.Et promisit ipse Jacobus nominibus suis ꝛ dictorum fratru͂ dictu͂ censum soluere dicto attinerij anno quolibet in quolibet festo om͂ium sctõru͂.Cõtingit ꝙ ipse roberti cessauit in solutiõe dicti cẽsus nõ solu͂ tribus sed pluribus annis ita ꝙ mortuo dicto Jacobo dictus attinerij obtulit libellu͂ cõmissi cõtra liberos ꝛ heredes dicti Jacobi possessores dictoru͂ bonoru͂ in causa declarationis bonoꝝ ipsius Jacobi.Et in dicta cã fuit lata sn͂ia pro dicto attinerij ꝛ cõmissum sibi declaratu͂ ꝛ adiudicatum.Modo contingit quod in causa appellationis dicti liberi et Jacobi opponunt et dicunt male fuisse iudicatum.Ex eo quod dictus Jacobus dicta bona receperat in abrogamentum et non solum nomine suo proprio sed etia͂ pro et nomine dictorum suorum fratrum:qui fratres non fuerunt in causa vocati: ideo ꝙ non poterat sentẽtia ferri nisi pro quarta parte ꝯtingẽte dicto Jacobo cu͂ ipsi essent quatuor fratres.Modo querit͂ si dicti liberi Jacobi bene dicant.

1 ¶ † Et credo indubitanter quod non bene dicunt sed qd male movent̃ cum dicti alii tres fratres non ratificaverint dictũ
a contractum: nec al's constet quod ratum [a] ipsum contractum habuerint: ideo nullum ius fuit dictis fratribus absentibus quesitum ex dicto contractu per.l.si ego.ff.de nego. gest.et ibi Barto.sed per ratihabitionem non secutam illa bona effecta fuerunt insolidum dicto Jacobo contrahenti iuxta.l. fundus ille.ff.de contrahen.emp.et ven.iuncta.d.l.si ego.Et ad istud propositum Bar.in.d.l.si ego allegat.Et qui ita tenet in.l.tytium.§.altero.ff.de admi.tutorum.

¶ Ulterius etiam in dicta causa appellationis opponũt dicti liberi Jacobi quod dictus attinerii non petiit anno quolibet censum suum nec mandavit quesitum ad domum ipsius Jacobi in quolibet termino: et sic cum ipse Jacobus non fuerit in mora/commissum non debet habere locum. Sed dicti liberi male hoc etiam respectu moventur quia habent tex.l. contra se quod imo ipse Jacobus eorum pater debuit dictum cẽsum
b anno quolibet portare ad domum [b] dicti attinerii vt no.in.l.ii.in.§.si.C.de iure emphiteotico.facit ad hoc.l.penulti.§.fi.ff.
2 de conditio.et demonstratio. † Sed pro maiori declaratione huius articuli dic quod quandoque in obligatione cõtracta nõ est apposita dies tacite vel expresse et hoc casu debitor non potest dici morosus nisi interpelletur a creditore vt.l. si ex legati causa.ff.de verborum obligatio.Et hec interpellatio seu denũciatio est fienda si reperiatur alias ad domum debitoris. vt.l. si dictum.§.i.et fi.ff.de evictionibus.et de damno infec.l.iiii.§.domum.et.l.i.§.i.ff.de libe.agnoscen. ¶ Quãdoque vero in obligatione est apposita dies solutionis faciende tacite vel expresse:et tunc est sciendum quod quandoque debitor tenetur aliquid dare vel solvere respectu certe rei vel pro re certa: et tũc debitor tenetur afferre et venire ad domum creditoris.l.ii.§.fi.C.de iure emphy.et in.l.forma.§.si agrum.ff.de censibus. ¶ Et istud est intelligendum quando debitor et creditor sunt eiusdem fo
c ri:et eo casu debet venire ad domum [c] creditoris debitor et si
3 bi creditori offerre. † Sed si dicantur esse diversi fori tunc creditor tenetur venire ad domum debitoris pro solutione recipienda.vt in.l.item illa cum sua glo.ff.de consti.pe.et ibi plene per Bar.de hac materia. ¶ Et per premissa dicitur quod quando dominus et emphyteota sunt diversi fori seu diverse iurisditionis tunc in die solutionis fiende sufficit quod emphyteota existens in domo sua in presentia testium (et cautius si cum tabellione) protestetur se paratum solvere canonem domino directo in alio foro degẽti/si esset presens qui reciperet vel eius procurator habens ad hoc mãdatum. ¶ Ex quibus propterea dico quod cum dicti attinerii et Jacobus essent eiusdem fori et iurisditionis quia ambo morabãtur in hac civitate Grationopol. quod dictus Jacobus emphyteota tenebatur portare censum ad domum dicti attinerii domini directi: et quia non fecit fuit in mora:et propterea recte fuit declaratum commissum.

a ¶ Qd ratũ.hic si res cõi noĩe ematur seu acq̃rat̃ an efficiat̃ cõis ante q̃ absens cuius nomine fuit res acq̃sita ratũ habuerit.de q̃ vid.S.q̃st.xx.ibi tertio p̃mittendum est etc.

b ¶ Portare ad domũ.h̃ tractat̃ si emphy.debeat portare censũ ad domũ dñi directi.

c ¶ Ad domum.de hac materia vid Panor.i.c.significãte.extra de pig.

Summarium.

1 Tempus datum ad petendum apostolos quando currere incipiat.
2 Acceptatio beneficij nondum vacantis quando valeat.
3 Collatio prioratus facta a delegato pape an valeat non facta mentione de possessione.

Consilium.cvij.

Ex facto tali mihi tradito oriuntur dubia subscripta.
1 Et primo si.xxx.dies qui dantur ad petendum apostolos [a] cöputentur a die sententie vel a die interposite appellationis Joã.andr. fuit in opi. in.c.ab eo.de appella. ibi glo.ij.quod a die sententie dicens quod tempore apostolorum petendorum incipiunt currere vna cum tempore appellationis interponende et sic a tempore sententie. Ratio secundum Pau.quia appellatio et apostolorum petitio fuerit coram eodem iudice et apostolorum petitio est accessoria ad appellationē ideo vnū in aliud computatur. et hanc opi.etiam sequitur Guilielmus de monte laudu. et Joan.and.in cle.si ei quem. Sed his non obstantibus genzellinus in dicta cle.ij.de appella. tenet contrarium dicens eos computandos a tempore appellationis interposite: vnde dicitur quod cōputantur a tempore sententie sup.per appellationem suspēse.idem sequitur fm eum dñs Host.in.c. cordi.de appel.lib.vi. et in sum.eo.ti.de appel.§. qualiter versi. iudex autem.hanc etiam opi.sequitur Genzellinus in dicto.c. ab eo.de appella.quam opi.sequi refert Joan.de lignano et domini de rota.dicentes eam etiam servari de stilo palatij tanquam equiorem. Hen.bohic in.c.cum sit romana.de appel.recitat omnes opin io.et concludit pro opi. Hostien. et sequaciū.

[a] Aplos. hic qñ incipiūt currere xxx.dies qui dātur ad petēdū aplos de quo vide in deci.par. la.q.xxv.

2 Secundo quia habens gratiam expectatiuam a papa acceptauit beneficium nondum vacans quia adhuc viuebat vltimus prior si valuerit dicta acceptatio. circa hoc puto dicendum quod fuit inutilis talis acceptatio: qz de beneficio nondum vacante.c.j.et.c.ne captande.de concess.preben.lib.vj.et eodem titu.in antiquis per totum.ita domini de rota determinauerunt.q.cccccxxvij.que incipit,item si impetrans apostolicus 7c.Et est in via perditionis iuris per not.vbi.s.et in.c.auaritie.de elec.lib.vi. Et hoc maxime si scienter. Si autē ignoranter et bona fide verisimiliter credens et presumens illum esse mortuum aliud forte videretur dicendū de hoc per doc.in c.cum qui. et.c.presentium.vij.q.j.et in.c.j. de concessio. prebē. vel eccle.non vacan. et ibi glo.

3 Tertio quia delegatus a papa dictum prioratū cōtulit nō facta mentione de possessione aduersarij si valuerit talis collatio: et videtur quod non per.c.cū nostris. extra de cōces.pbē. Sed dubiū facit qz in bulla gratie expectatiue est clausula irritās que clausula inficit titulū et possessionē ordinarij: qz possessio prouenit in beneficialibus ex titulo per.c.j. de reg.iu.li. vj. Illud tamen relinquo plenius cogitandum.

¶Summarium.

1 ☞Actor violentus quis dici possit
2 Actor excõicatus a petendo etiam inuitus repellitur.
3 Excõicatus cõpensare volens repellitur.

¶Consilium.cviij.

FRanciscus corzeti nominibus suo et tutorio nomine liberorum et heredum Joãnis corzeti obtinuit de anno domini.146.literas a domino officiali Vienne contra Joannem borreli excommunicatum tres anni sunt elapsi:in quibus literis mandatum fuit domino iudici curie communis Grationop. quatenus compelleret dictum borreli captione bonorum redire vnitati ecclesie:qui dominus iudex curie cõmunis requisitus de hoc anno currẽte.1469. pro parte dicti Frãcisci corzeti nominibus predictis mandauit dictos borreli pignorari:et qui fuit pignoratus de bonis suis:videlicet de quadam camera ad instantiam dicti corzeti et ad prosequutionem domini Guidonis pape procuratoris in rem suam dictorum corzetorum.Et missus fuit ipse dominus Guido procuratorio nomine predicto in possessionem realem dicte camere:a quibus expletis dictus borreli non appellauit:sed recurret ad dictum iudicẽ curie cõmunis Grationopol.a quo ipse obtinuit literas querele asserendo qđ ipse indebite fuerat pignoratus petendo ipsam pignorationem et literas iudicis reuocari super quibus literis pendet lis in dicta curia cõmuni Grationop. inter dictum borreli querelantẽ et dominum Guidonem pape citatũ vt procurator dicti corzeti querelatum ex altera in manibus claudij monerij. In qua causa dictus dominus Guido petit dictum borrelli ab agendo repelli tanquam excommunicatum.Modo queritur si debeat repelli a prosequutione dicte cause tanquam actor.et credo indubitanter quod sic:cum ipse borrelli veniat ad reuocationem dictorum expletorum principaliter et non per modũ exceptiõis: et propterea dicatur actor.ita determinat Bart.in.l.de pupillo.§.si procurator.lo.ij. ff.de noui ope.nunci.et cum ipse sit actor debet propterea repelli ab agendo in hac causa vt in.c.decernimus.de senten.excommuni.lib.vj.cum si.etiam de iure ciuili vt dicunt Cy.et doc.in.l.placet.C.de sacrosanc.eccle.si autem venisset ipse borrelli principaliter ad se defendendum antequam ipse dominus Guido missus fuisset in possessionem dicte camere et in consequentiam ad restituendum tunc non diceretur actor et deberet audiri vt ibi dicit Barto.sed non potest dici quod ipse borrelli in dicta causa veniat ad defendendum cum tempore dictarum literarum querele dictus dominus Guidoni nihil ab ipso borrelli peteret et merito cum ipse dominus Guido tunc possideret rem de pignore captam:oportet ergo necessario dicere quod ipse borrelli veniat principaliter ad reuocationem dictorum expletorũ:et quod propterea censeri debeat actor per dicta Bar.vbi supra.

1 ¶†Nec potest dici ipse borrelli actor violentus in dicta causa sed volũtarius quia ipse borrelli non fuit tractus in dicta causa per dictum dominũ Guidonẽ. sed ipse borreli traxit in cãm dictũ dñm Guidonẽ corã dicto iudice cõi grõnop.

2 †Et qđ excõmunicatus actor inuitus etiam a petendo repellatur facit quod vidēmus in compensatione quia excõicatus non potest petere compensationem si ab alio in iudicio conuenitur sed repellitur volens compensare:quia compensando petit vt tenet Bar.post Oldra.et Jacob.de are.in.l.amplius non peti.ff.rem ra.haberi.Idem tenet Albert.de rosate in.l.cum alter.ff.de compensa.et tamen petendo compensari videbatur actor inuitus.cum inuitus fuisset factus in causam:quia iudicium confertur in inuitum in.l.inter stipulãtẽ.§.si

stichum.ff.de verb.oblig.conclusio tamen doctorum sic se habet qd no auditur excommunicatus volens compensare.hoc etiam probat textus in.c.cum inter priorem.de excep.quia licet sit licitum excõmunicato excipere se defendere et appellare quia appellatio dicitur defensio.vt in.d.capitulo cum inter.tamen non est ei permissum reconuenire vel compensare.vt ibi text.cum gloss.Idem dicerem in excommunicato qui vellet reconuenire cum etiam reconueniendo petat et est tex.in.c.cũ inter priorem.de excep.in antiqua.Ex quibus concludendum est quod actor etiam inuitus excommunicatus repellitur a petendo in iudicio et non solum petendo principaliter in iudicio:sed etiam accessorie vt supra dixi in compensante et reconueniente.

Summarium.

1 Actio hypothecaria possessionem propriam creditoris aduocat.
2 Beneficium legis finalis.C.de acquirenda possessione quando intentari dicatur.
3 Voluntas verbo et facto declarari potest.

Consilium.cix.

Domini de parlamento dalph.mihi subsignato miserunt de hoc anno currente domini.M.cccclxix.et die.xx.mensis decẽbris.factũ inferius de verbo adverbum descriptis licet sub nominibus extraneis vt in processu tunc per eos diffiniendo dicerem opinionem meam in camera cõsilij opinando cum eis pro diffinitione ipsius processus.Et sequitur dictum factũ.Berta matrimonium cõtraxit cum titio pater berte in dotem constituit mille floren.auri.ticius promisit dotem restituere casu adueniente restitutionis dotis et dedit fideiussores pro dote restituẽda.post hec annis pluribus elapsis dictus ticius volẽs bonã fidem agnoscere et fideiussores suos a fideiussione liberare ad prosecutionem parentum et amicorum berte tunc absentis notario tamen et dictis parentibus stipulantibus acceptauit dictam dotem super quibusdam suis predijs et possessionibus in instrumẽto ipsius accep.designa.ipsa predia et possessiones pro dicta dote expresse hypothecãdo demũ facto dicto accepto post annos plures predict' tici[9] predicta bona pro dicta dote hypothecata vendidit et alienauit pluribus emptoribus illa tenentibus et possidentibus: et mortua bertha liberi ipsius volenti dotem solutam recuperare egerunt hypothecaria contra dictos tertios possessores dictorum bonorum qui aduersus dictos actores opposuerunt exceptionem ordinis de prius conueniendo fideiussores cõtra quẽ exceptionem ordinis proponunt actores quod agunt virtute accepti facte in quo cẽsentur fideiussores liberati.Tum propter enarratiuam dicti instrumẽti accepti volendo fideiussores suos a fideiussione liberare:quam liberationem agnouerunt dicti actores liberi et heredes dicte berthe ipso instrumento accepti vtendo.Tum quia propter nouationem subsequutam prime obligationis queritur quid iuris.

Supra in dicta facti narratione mihi transmissa non fit mentio per inaduertentiam:credo quod in dicto instrumento accepto dotis, interuenerit constitutum prout interuenit prout vidi in camera consilij in processu quia maritus in dicto accepto dotis bona que tradidit in acceptum dicte eius vxoris cõstituit se tenere precario noĩe dicte ei[9] vxoris donec eidem de dicta sua dote fuisset adueniente casu restitutionis solutũ:ex qua cõstitutione precarij videt

a ¶ Nõ fuerit necesse. ñ hypothecaria actiõe vide plene in deci. pla. q. cccccxxxij.
b ¶ Discussiõe. hoc qr ꝯstitutio p̃carij facit cessare discussionẽ bonorũ debitoris p̃ncipalis: ꝛ ꝯstitutio p̃carij fac̃ cessare p̱scriptionẽ vt dicit Jo. fer. titulo forma rñsiõis libelli l hypothecaria gl. sup ỽbo et exceptionẽ p̱scriptiõis circa p̱inci.

qđ non fuerit necesse[a] discutere bona dictoꝝ fideiussoꝝ imo nec bona mariti p̱incipalis debitoris quia per tale cõstitutuz in creditorem fuit trãslata possessio dictoꝝ bonorum: quã possessionem potuit dicta vxor a tertio possessore reuocare ex beneficio seu cõditione ex. l. fi. C. de acqui. posses. etiã nulla p̃cedente discussione[b] bonorũ p̱incipalis debitoris aut fideiussorum suoꝝ. ita dicit ꝛ tenet bar. in. l. creditores in. ij. q. p̱in. C. de pig. et post eum Bal. in. l. sic heres. C. de reuo. his que in frau. cred. Et ratio est dicit Jo. fer. in ti. forma rñsionis libelli in actione hypothecaria in glo. super verbo exceptionem discussionis: qꝛ
1 † actio hypothecaria aduocat possessionem propriam ipsi⁹ creditoris. vnde dicit ipse ferrarij equitas illa que causat excussionem in personam extranei possessoris quo ad possessionẽ debitoris cessat in ea que respicit possessionẽ ipsius creditoris. Est ergo optimum cõsilium ad euitandum excussionem intentare semper beneficium dicte. l. fi. C. de acquiren. posses. ita dicit Joan. ferra. vbi. s.
2 ¶ † Sed dictis actoribus de quibus in dicta facti narratione mentio habetur obstant duo. Primo quia dicti actores nõ intentauerunt beneficium seu cõditionem ex dicta. l. fi. C. de acqui. pos. Licet ad hoc posset rñderi qđ ipsi actores in eorum petitione subiunxerunt illam clausulam ꝛ al's sibi debitam iustitiam ministrari qđ videtur sufficere vt etiam dictũ beneficium videatur intentatum iuxta no. per Inno. in. c. j. de ordine cog. et in. c. examinata. de iudi. ¶ Scđo obstat dictis actorib⁹ quia dicta vxor in quam translata fuerat possessio dictorum bonoꝝ per dictũ p̱ecarium nõ agit in dicta causa quia est mortua sed agunt ei⁹ liberi ꝛ heredes in quos nõ fuit dicta possessio cõtinuata vt plene dixi in apparatu statuti dalphi. si quis per literas. in glo. fi. circa fi. ¶ Sed his nõ obstãtibus credo ex tenore instr̃i dicti accepte dotis qđ dicti fideiussores nõ debuerũt discuti quia in dicto instr̃o accepti fuerũt liberati a dicta fideiussione dicti fideiussores licet dicta vxor nõ fuerit in ipso contractu presens: nec ratũ postea habuerit: qꝛ dicti actores ei⁹ liberi et heredes ipsa mortua dictũ cõtractum ratum habuerũt agendo in dicta causa ꝯ dictos tertios possessores vigore dicti instr̃i accepti: quia volũtas datur facto intelligi. l. reprehẽdenda. C.
3 de insti. ꝛ substi. ꝛ † tantũ operatur volũtas facto declarata q̃ verbo arg. l. de quib⁹. ff. de legibus. § cum si. Nec refert qualiter declaretur volũtas an verbis an factis. xx. q. j. c. monachum. ꝛ no. in. d. l. de quib⁹. Et alibi dr̃ qđ plus est facto ostendere quã verbo declarare: in. c. dilecti. extra de appel. Si enim dicta eorum mater ratum dictum contractum habere potuerit in vita sua similiter etiam dicti eius heredes cum eadem persona censeatur cum defuncto: vt in auten. de iureiuran. a mo. prestito. circa princip. Nec obstat si dicatur dicti liberi et heredes dictum contractum non ratificauerunt ante inchoationem dicti p̱cessus sꝫ post qꝛ illa saltim tacita ratificatio interuenit an litis ꝯtest. in dicta cã. Jđ illo iure agere potuerũt secus forte si post litis ꝯtesta, ille tacitus consensus heredum interuenisset:

q: forte illud ius superueniens post lit.ptest. non potuisset di ctis heredibus agentibus suffragari per ea que leg.ū.& not.in c.abbate sane.de re iudic.lib.vj.Concludo ergo saluo semper meliori deliberatione dictos reos tertios possessores condem nandos fore ad restituendum dictis actionibus dicta bona te nenda iure hypothece.

¶Summarium.

1 ¶Clericus in habitu clericali non incedens priuilegio non gaudebit clericali.

2 Iudex secularis an possit cognoscere super clerico in habitu seculari capto.

3 Interlocutoria habens vim diffinitiue que dicatur.

¶Consilium.cx.

Pro.declaratione & determinatione processus cause appellationis pendentis corã venerabili & egregio viro dño officiali metropolitano Uienne inter egregiã dñam ioannã de mentone noibus suo: & officiariorum suorũ loci sancti petri appellãdũ ex vna parte & dñm procuratorẽ fiscalem curie spũalis mauriañe & petrum de monte chabodo incarceratũ & delatũ appellatos ex altera: puto ex ipso processu esse eliciẽda & declarãda in iure quesita subscripta. ¶Primo si dictus petrus delatus debeat gaudere priuilegio clericali cũ fuerit captus & incarceratus causantib⁹ suis demeritis sine tõsura & habitu clericalib⁹: sꝫ habitu mere laicali. ¶Scđo ad quẽ pertineat cognitio si dict⁹ petr⁹ delat⁹ debeat gaudere priuilegio clericali. ¶Tertio si dictus dominus vicarius maurianensis iudex a quo bene & iuste processerit & ordinauerit dictũ petrũ delatum ante oĩa sibi tanq̃ clericum fore remittendũ. ¶Quarto & si dicta ordinatio dñi vicarij a quo dici & censeri debeat sua inere interlocutoria vim diffinitiue: vel interlocutorie obtinens. ¶Quinto si dñs officialis Uienñ.ad quẽ fuit appellatum debeat reuocare attẽtata p dictũ dñm vicariũ a quo in preiudiciũ

1 dicte appellationis. ¶Ad primũ quesitũ puto dicendũ q̃ di

a ctus petrus delatus nõ dꝫ gaudere priuilegio clericali[a] cũ in facto presupponat̃ q̃ tpe quo fuit captus & incarceratus per dictos officiarios tpales ipse potius nõ incedebat in habitu et tonsura clericalibus: vt hic pbatur in.c.vno.de cle.coniu.lib. vj.& in.c.qm̃.de vita & honesta.cler.& ponit Bal.in.l. si quã per

2 caluꝫ.C.de epis.& cle. ¶†Ad secundum quesitũ ad quem pertineat cognoscere si dictus petrus delatus debeat gaudere priuilegio clericali: cũ non incederet in habitu & tonsura clericalibus tempore sue captionis.an ad iudicem ecclesiasticum vel ad iudicem secularem.& videtur prima fronte q̃ illa cognitio si debeat gaudere priuilegio clericali vel nõ propter incogruũ habitum spectet iudici ecclesiastico.& pro hac parte aliqui voluerunt allegare.c.si laicus iudex.de sen.ex.lib.vj. Sed credo cõtrariũ: q: lꝫ ibi tex.attribuat iurisdictionem iudici ecclesiastico cognoscendo si delatus sit clericus vel ne vbi est dubiuꝫ de titulo non tñ ibi statuit papa q̃ cõstito de priuilegio clericali:

a) ¶ Priuilegio clericali Tu vide de hoc istuꝫ in decisio. par la.q.lxxij. & plenius. q. cxxxviij.

deberet ipe iudex ecclesiasticus cognoscere si delat⁹ debeat illo priuilegio gaudere si p officiarios tēporales vt in casu de quo agitur opponat ꝙ ipse delatus nō debeat illo priuilegio gaudere propter incōgruitatē habitus: ideo dispositio dicti.c. si laicus. non debet extendi ad alium casum ibi non expressum: qz non interest nostra legē vel canonē vltra casum suū extendere arg.l. si vero.§. de viro.ff. sol. ma. Si em̄ papa voluisset ꝙ iudex ecclesiasticus etiā cognoscere debuisset de habitu sicut statuit de tit. clericali bene expssisset. vt dz in sixt in.c. ad audientiā. et de deci. et p parte ꝙ iudici ecclesiastico nō spectet cognitio de incongruitate habitus vidi determinari in curia parlamenti dalphin̄. in presentia Re. in xpo pa. et dn̄i do. epi grono. et eius officialis vt plene scripsi in decisi. dicte curie. q. cxxxviij. Licet aliqui canoniste voluerint dicere ꝯtrariū et extendere dictū.c. si laicus ad cognitionem habitus asserentes ꝙ habitus est accessoriū ad titulū. sed loquuntur sine lege aut canone: vt plene dixi in dicta. q. cxxxviij. et ibi sufficiat remissio causa breuitatis: qz audiui ꝙ aliqui dn̄i practicantes viēne habent du plus dictarū decisionū. ¶ Ad tertiū quesitū videt dicendū ꝙ dictus dn̄s vicarius a quo male et iniuste pcessit et ordinauit. Primo qz in actis principalibus corā eo agitatis non constat de asserto priuilegio clericali dicti petri delati: et si pars aduersa verbo pduxerit quoddā assertū registrū dicti asserti priuilegij clericalis / non tn̄ fuit in pcessu corā eo agitato dictū assertū registrum insertū. Nec est standū neqꝫ credendū eidem dn̄o vicario dū asserit vidisse dictū assertū priuilegiū nisi quatenus cōstaret per acta. iuxta.c. qm̄ contra falsam. extra de pba. Tum qz cognitio ad eū non spectat si dictus delatus deberet gaudere priuilegio clericali. Et tn̄ ipse dn̄s vicarius in concessione apostolorū declarauit cognitionē si delatus debeat illo priuilegio gaudere vel ne ad se spectare et male: qz per dictū.c. si laicus. nō sibi attribuitur illa iurisditio: vt.S. in secundo quesito declaraui.

5 ¶ † Ad quartū quesitū puto dicendū ꝙ dicta ordinatio dicti dn̄i vicarij a qua extitit appellatū non est mere interlocutoria. sed interlocutoria habens vim diffinitiue. Tum primo quia dicit Bar. in.l. nec quicꝙ in.§. vbi decretum.ff. de offi. pcon. ꝙ interlocutoria que continet aliquid dari vel fieri hꝫ vim diffinitiue [a] sed sententia seu ordinatio dicti dn̄i vicarij a quo continet aliquid fieri et in casu de quo agitur: qz dictus dn̄s a quo ordinauit dictum delatum sibi remitti igitur et c. Tum qz interlocutoria que parat preiudicium negotio principali dicit habere vim diffinitiue vt dicit Barto. in.l. titia.ff. de accusa. et in.l. eius qui.ff. de ap. reci. ¶ Sed in casu de quo agitur ordinatio a qua parat iudicium negotio principali quia ipse dominus vicarius a quo ordinauit dictum petrū delatum sibi remitti ad effectum vt ipse cognosceret si dictus petrus debeat gaudere priuilegio clericali vt declarauit tempore concessionis apostolorum: que ordinatio propterea parat preiudicium negotio principali: quia per illam ordinationem vult cogno-

a ¶ Hꝫ vim diffinitiue. vide de hac materia. S. consi. lxvj. et ꝯsi. lxxxix.

scere de habitu laicali in quo ipse petrus temporibus suarum captionis et incarcerationis incedebat: cuius tamen cognitio ad eum non spectat sed iudici temporali vt supra dixi circa secundum quesitum: ideo dico dictam interlocutoriam a quo vim sententie diffinitiue obtinere: quia si executioni mandaretur pareret preiudicium iurisditioni temporali que debet de hoc articulo habitus cognoscere et non curia spiritualis per predicta. ¶ Ad quintu quesitum si dominus officialis metropolitanus vienneñ. ad quem extitit appellatum debeat etiam ante sententiam diffinitiuam in hac causa proferendam per modum attentati reuocare attentata per dictum dominum vicariu a quo in preiudicium dicte appellationis: dicendum est indubitanter qd sic per tex.in.c.non solum. in prin.de appel.lib.vj. Unum tamen circa hoc videretur obstare: quia pro dicta parte appellante fuit appellatio data pro libello et petitum pronunciari male iudicatum et bene appellatum et litem contest. et sic eligendo illam viam ordinariam ipsa attentata non videretur reuocanda per aliam viam extraordinariam per modum attentati donec cognito de iuribus partium in diffinitione cause appel. arg.no.in.c.significante.de appel. Sed Jo.and.in.d.c. non solum tenet contrarium qd imo electa illa via ordinaria potest semper recurri ad illam viam extraordi. et petit vt attentata reuocentur per modum attentati. ita etiam tenet Bal.in.l.iij.C.de app. quem sequitur Ang.de are.doc. nouissimus in.l.vna.ff.nil nouari appellatione pendente. idem etiam tenet raphael cuma. vt ibi refert ipse Ang.de are. et hanc opi. Joan.an. et sequacium secutus sum in trac.meo de app.in.xiij.q. Jdeo venerabilis dominus offi.vieñ. iudex ad quem debet esse attetata si per partem appellantem fuerit debite requisitus per modum attentati reuocare etiam non expectata sententia per eum in causa appellationis proferenda.

¶ Summarium.

1 ¶ Liberi primi matrimonij an succedant in bonis sibi donatis filijs secundi matrimonij exclusis.

2 Hereditas data contemplatione societatis non queritur societati.

¶ Consilium.cxj.

In contractu matrimonij petri charuelli et beatricis futurorum coniugum bertonus et katherina coniuges donauerunt dicto petro charuelli et beatrici coniugibus in augmentum dotis. contemplatione dicti matrimonij et propter curialitates et seruitia eisdem ipse se per dictos futuros coniuges: videlicet omnia eorum bona videlicet cuilibet medietatem retentis vsufructibus etc. ¶ Quo matrimonio in facie sancte matris ecclesie contracto decessit dicta beatrix ab intestato/relictis aliquibus liberis ex dicto matrimonio susceptis. ¶ Deinde dictus petrus conuolauit ad secunda vota ex quo secundo matrimonio habuit alios liberos qui adhuc supersunt. ¶ Modo queritur si dicti liberi primi matrimonij debeant insolidum in dictis bonis donatis succedere exclusis liberis secundi matrimonij. Uel si ipsi liberi primi et secundi matrimonij debeant ad

1 ipsa bona equaliter vocari. ¶ † Super hoc prima fronte videretur dicendu qd dicti liberi primi matrimonij debeant insolidu succedere in dictis bonis donatis: quia dicta bona donata videntur profecta a patre dicte beatricis dotem constituentis cum dicti donantes affines dicte beatricis contemplatione ipsius matrimonij ipsa bona vt premittitur donauerint. per ea que dicit Bar.in.l.sed et si plures.§.in arrogato.ff.de vulga. et pupil.subsi. Et cum ipse petrus conuolauit ad secunda vota illa bona tanquam a patre dicte beatricis profecta debent insolidu reseruari liberis primi matrimonij.l.femine cum.l.seq. et sequenti.C.de se-

tun.nup.quia pene secundo nubentium introducte contra mulieres etiam lo
cū habēt ꝯ maritos scdo nubētes etiā post annū luctus. in aut.de nup.§.si fo
expectet.col.iij. ¶Sed his nō obstātib⁹ dico qđ dicta bona donata debēt cōi-
ter spectare ꝗ diuidi inter dictos liberos pmi ⁊ secundi matrimonij:quia nō
est bona consequentia qđ illud qđ datur contemplatione alicuius queratur il-
li cuius contemplatione est datum per tex.in.l.socium.qui in eo. in fi.ff. pro so
2 cio vbi non queritur hereditas societati licet contemplatione societatis fue-
rint data. ita dicit ⁊ tenet Bar.in.d.§.in arrogato que in hoc vbi reprehendit
Bar.hanc etiam opinionem Bal.sequitur Ang.de peru.in.l.cum te.C.de don.
ante nup.plus potest dici qđ in casu nostro non hꝫ locum theorica Bart.in.d.
§.arrogato.quia dicta donatio non fuit facta cōtemplatione patris ⁊ matris
dicte beatricis sed propter seruitia eisdem donatorib⁹ impensa per dictos tūc
futuros coniuges vt instrumento dicti matrimonij declaratur in dicto instru-
mento dr qđ donatores essent affines dictorū patris ⁊ matris dicte beatricis.
¶Preterea etiam illa bona fuerunt donata petro charuelli ⁊ beatricis coniu-
gibus ⁊ suis:⁊ ideo cum dicti liberi secundi matrimonij sint etiam de suis/de-
bent ipsi liberi secundi matrimonij succedere equaliter in dictis bonis dona-
tis non ex persona dictorum suorum patris ⁊ matris:sed ex persona donantiū:
qui donantes ipsa bona dederunt non solum ipsis coniugibus imo etiam eo-
rum liberis illam additionem ⁊ suis ⁊c.indifferenter nulla facta mentione de
liberis pmi matrimonij ideo de omnibus liberis intelligitur tex.cum glo.in
l.ex facto.§.fi.ff.ad trebel.⁊ qđ dicti liberi secundi matrimonij possint ad dicta
bona donata venire respectu medietatis ex persona donantium ⁊ eorum pro-
prio iure probatur ex his que dicit Spec.in tit.de locato.§.nunc aliqua. versi.
cxliiij.⁊ Cy.in.l.ij.C.de libertis ⁊ eorū liberis.⁊ Bar.in.l.iij.ff.de interdictis
et rele.ideo dico qđ medietas medietatis dictorum bonorum pertinet liberis
pmi ⁊ secundi matrimonij cum etiam ipsa medietas fuerit dicto petro mari-
to diuisim donata ⁊ suis:⁊ diuiditur illa medietas petri inter liberos pmi et
secundi matrimonij:⁊ quia omnes sunt liberi dicti petri:⁊ illa adiectio ⁊ suis/
in dicto instrumento matrimonij apposita operatur ⁊ inducit dispositionē vt
bona ad suos perueniant ⁊ non ad alios iuxta ea que no.per Bar.in.l.eadem.
§.cato.ff.de verbo.obliga.ordine tamen successiuo iuxta ea que dicit Bart.in
l.gallus.in.§.j.ff.de libe.et posthu.

¶Summarium.

1 ☞Confessio facta ex necessitate an valeat.

¶Consilium.cxij.

Nobilis guicharda filia naturalis ⁊ legitima nobilis amedei de
viennesio conuolando ad scda vota matrimoniū clandestinum
contraxit cum honorabili viro hugone galberti de oysencio in-
sciis et ignorantib⁹ parentib⁹ suis.Et dū sciuerūt fuerūt male cō-
tenti considerato qđ ipsa guicharda erat de nobili genere pro-
creata.Et fuerat pmo maritata cū viro nobili.Et dict⁹ hugo
galberti non est de nobili genere procreatus:sed a progenie plebeia ortum ha-
buit.Et his causantibus dictus nobilis amedeus de viennesio pater dicte fi-
lie non permittebat compleri dictum matrimonium in facie sancte matris ec-
clesie sed minas vt dicitur inferebat dicto hugoni galberti vt nō desponsaret
dictam guichardam.¶Sed postea de anno domini.M.cccc.xliij.⁊ die.xij. men
sis decembris dicte partes tractatu amicorum de premissis transegerunt ⁊ cō
cordauerunt qđ dictum matrimonium cōpleretur ⁊ amore paterno dictus no
bilis amedeus de viennesio dedit ⁊ cōstituit dicte guicharde ei⁹ filie p bonis
paternis

paternis ⁊ maternis inclusa dote aſta eidē in dicto primo suo matrimonio constituta: videlicet.cccccc.floreñ.auri soluendi eidem hugoni galberti terminis ⁊ solutionibus tunc ordinatis in instrumento ipsius secundi matrimonij tunc sumpto ⁊ recepto. ¶ Deinde ibidem ⁊ incontinenti dictus.hugo galberti confessus fuit habuisse a dicto nobili amedeo patre dicte filie de dicta dote: videlicet.cccc.floreñ.auri: quos.cccc. floreñ. auri reddere promisit dicte guicharde eius vxori casu restitutionis adueniente: licet dictus galberti eos non receperit: vt probabitur per testes. ¶ Postea dicto matrimonio solēnisato in facie sancte matris ecclesie inter dictos hugonem galberti ⁊ guichardam decessit idem hugo galberti maritus superstite sibi dicta guicharda eius vxore ⁊ certis liberis in ipso secundo matrimonio procreatis. ¶ Modo contingit casus qđ dicta guicharda petit ab heredibus dicti sui secundi matrimonij dictos.cccc.florenos auri cum euenerit locus restitutioni ipsius dotis per mortem dicti hugonis. Aduersus que opponunt liberi ⁊ heredes dicti hugonis galberti qđ dicti.cccc. floreni nunq̄ fuerunt dicto eorum patri soluti. Et sic eis competit exceptio nō numerate dotis. Quid dicendum.

1 ¶ Puto dicendum post doctores in iure scribentes qđ quia dicta confessio dictorum.cccc.florenorum facta fuit ex quadam necessitate licet non fuerint numerati vt ipse hugo galberti plebeius nuberet cum dicta guicharda de nobili genere procreata: quia aliter ipsam despōsare nec habere penes se poterat obstante contradictione dicti nobilis amedei de viennesio eius patris valuit illa confessio: ⁊ possunt peti dicti: cccc.floreni per dictam guichardam ab heredibus dicti galberti eius viri. Et ista fuit opi. Jac.de but.in.l.si voluntate.C.de dotis promis. Idem etiam tenet Cy.in.l.ij.C.de dote cau.⁊ non nume.⁊ in.d.l.si voluntate. Idem etiam tenet expresse Jo.fer.in titu. forma libelli quo agitur ad dotem.in glo.super verbis dedit ⁊ tradidit in dotem.circa fi. Et pro hac parte facit illud que dicit Bar.in.l.si diminutio.⁊ in.l.si stipulatus fuero te sisti.in.§.si tibi nupsero.ff.de verb.obli. Hoc idem etiam sentire videtur glo.in.d.l. si voluntate.ibi nisi animo ⁊c. Idem etiam tenet Bal.in.d.l.si voluntate.vbi si constaret qđ rusticus confessus fuisset dotem recepisse causa remunerationis: sed in casu de quo agitur constat qđ causa remunerationis dictos.cccc.floreñ.confessus fuit habuisse dictus galberti: quia aliter non habuisset dictam eius vxorem igitur ⁊c. ¶ Et que.s.dixi de rustico siue plebeio qui vult habere vxorem nobilem. Idem dicendum est de homine sene qui vult habere vxorem iuuenem: vt dicunt doc.in locis preallegatis.

¶ Consilium.cxiiij.

VOlo intrare illam dubitationem si donatio per iacobum de molena factam Joanni eius filio in contractu sui matrimonij valuerit vel ne: quia licet multa dici possent qđ nō valuerit: quia inter patrem ⁊ filium in potestate constitutum inter quos iusta fictione non est nisi vna extremitas: ⁊ ita aliqui doc.in iure scribentes dicere voluerint. Tamen semper tenui tam in consulendo q̄ iudicando qđ valuit ⁊ valet talis donatio contemplatione matrimonij facta: vt plene scripsi in deci.parla.q.cxlv. ¶ Sz aliud latet de quo nō fit sermo: qr dictus nobilis Joannes de molena fuit heres vtr institutus in bonis p patrem in contractu dicti m̄rimonij sibi donatis: q̄ Jo.de molena se immiscuit h̄rditati pr̄ne: iō fuit pfusuz ius qđ añ aditionē h̄rditatis in dicta donatiōe sibi cōpetebat.ar.l.si debitori.C.de pac.maxime qr dicte h̄rditati se immiscuit absq̄ confectiōe inuētarij de bonis h̄rditarijs: pbat tex.a cōtrario sensu in.l.fi.in.§.in cōputatiōe.ibi: si vero et ipse aliquas ⁊c.C.de iure delib. Et tz ppterea ipse Joānes hoies ad oia solida

legata dicti testatoris: vt in. d. l. fi. §. si vero postq̄ adierit. ita q̄ de presenti nō potest ipse nobilis Joannes se iuuare dicta donatione vt donatarius per predicta: sed vt heres in eiusdē bonis institutus: et tanq̄ homines tenetur de. xvi. sestarijs frumēti census partem suā expedire nouerce sue legatarie: iuxta dispositionem testatoris: quam seruare tenetur etiam de suo proprio si facultates hereditarie non suppetent: quia nō confecit inuentarium: iuxta dictum. §. si vero postq̄.

¶ Summarium.

1 ☞ Excommunicatus ab actibus iudicialibus repellitur.
2 Actor violentus quando quis dicatur.
scriptio. ¶ Ex quibus propterea omnibus simul iunctis clare patet petita et cõclusa in libello appellatorio dictorũ domini abbatis et racleti in hac causa appellationis tradito pronunciari et fieri debere non obstantibus ex adverso dictis et propositis que nõ obstant nec militant in iure per premissa in dictis sex quesitis in iure plene examinata et declarata.

¶ Summarium.

1 ☞ Dictio et inter personas posita quid importet.
2 Heredis nomine veniunt tantum liberi in substitutione.
3 Mens testatoris attendi debet in fideicommissis.
4 Mater an transmittat ad liberos substitutionem de se factam nõ agnitam.
5 Fideicommissarius universalis actionem ex testamento habet ut heredẽ adire cogat.
6 Fideicommissum non transmittitur non agnitum.
7 Fideicommissarius actionem ilico habet ex testamento hereditate adita.
8 Filia quittando patri bona paterna non preiudicat sibi in aliis.
9 Quittantia bonorum paternorum ad que bona possit extendi. et nu. seq.
12 Trebellianica an possit prohiberi extraneo heredi.
13 Promissio heredis scientis facultatem testatoris factã de legatis soluẽdis intelligitur falcidiã detracta.
14 Trebellianica non confunditur cum fructibus de hereditate perceptis.
15 Fideicõmissum petitum admittitur si exceptio nõ numerate dotis opponatur.
16 Legata per heredem solui debent debita: vero a fideicommissariis.

¶ Consilium.cxxij.

Joannes molaris ciuis quondam gratianopolis de anno domini.M.cccccxiij. et die.ij.mensis maij confessus fuit se debere et legitime soluere teneri francesie de cugneto eius vxori presenti et stipulanti tam pro dote ꝙ superuita et aliis in instrumento inde sumpto declaratis videlicet.cccccxx.florenorum auri quos.cccccxx. florẽ. dictus molaris soluere promisit dicte francesie eius vxori pro se et suis heredibus sub obligatione bonorum in instrumento declaratorum: que bona dictus maritus voluit teneri per dictam eius vxorem et suos heredes donec eidem dicta summa fuerit soluta fructibus in sortem non computatis: vt constat in instrumento per petrum de cugneto in processu infra mentionato producto. ¶ Item qđ dictis anno et die in infirmitate in qua decessit cõdidit suum testamentum receptum per petrum guichardelli notarium in dicto processu producto. ¶ Item qđ dictus molaris testator in dicto suo testamento sibi heredem vniuersalem instituit dictam francesiam eius vxorem approbando et confirmando dictam confessionem.cccccxx.florẽ. ¶ Item et voluit et ordinauit dictus molaris testator qđ si contingeret dictam francesiam eius heredem decedere sine liberis qđ eo casu medietas bonorum et hereditas dicti testatoris sic et pleno iure pertineant nobili Joanni de siserio eius cõsanguineo charissimo et eius liberis. ¶ Et postea dictus testator codicillãdo per tres dies post dictum testamentum voluit et ordinauit qđ dicta confessio. cccccxx. florẽ. remaneant in infirmitate ad vtilitatem dicte eius vxoris et heredum suorum. Ita et taliter qđ super totali hereditate dicti testatoris communiter et vniuersaliter capiat dicta vxor aut sui successores dictos.cccc.et.xx.florenos. vel teneat et possideat dicta vxor sua bona pro dicta summa sibi allegata. Sic et taliter quod in parte siue quota dicte vxoris dicte hereditatis dicta summa minime computetur nec debeat computari. Sed dictam summam habeat dicta vxor aut sui super dicta totali hereditate.

¶ Item plus codicillando ordinauit dictus testator: qd omnia debita sua legata & clamores eleemosyne sepultura soluantur super totali hereditate sua. Ita & taliter qd dictus nobilis Joannes de sizerio nec sui substituti nihil petere possint nisi I medietate dicte hereditatis que remanebit[a] in claro post mortem dicte eius uxoris heredis predicte deductis. Tñ & in omnibus semper saluis eidem eius uxori: & suis dictis .cccc. & .xx. florenis. ¶ Et inhibuit dictus testator: qd de dictis suis bonis non fiat inuentarium per aliquã curiam. ¶ Item etiam inhibuit idem testator in dicto suo codicillo qd dicta eius uxor heres nõ compellatur de administratis per eam cõputum reddere: neq3 ad solutionem reliquorũ. ¶ Item & si quis cõtra premissa aut predictorum aliqua facere attentauerit omnia sibi relicta adimit et ipso facto adẽpta esse voluit tenore dicti sui codicilli. ¶ Item qd dictus testator in eadem permanens voluntate ab humanis decessit superstitibus sibi dictis eius uxori herede et dicto nobili Joanne de sizerio substituto. ¶ Item & que francesia herea vniuersalis hereditatem dicti eius viri testatoris adiuit & pro eius herede se gessit dicta bona & hereditatẽ insolidũ retinendo & possidendo vsq3 ad eius mortem inclusiue. ¶ Item qd postea ab humanis decessit dicta francessa heres absq3 liberis superstitibus sibi dicti nobili Joanne de sizerio & eius liberis eidem francesie vt premittitur substitutis. ¶ Item qd dictus nobilis Joannes de sizerio die .xix. mensis maij .1452. libellum obtulit in curia cõmuni grationopo. cõtra dictũ petrum de cugneto possessorem dictorum bonorum & hereditatis que quondam fuit dicti molaris testatoris petendo sibi restitui dictam medietatem bonorum & hereditatum dicti testatoris vigore dicte substitutionis. Super quo libello fuit lis cõtest. per Hugonem darderi procuratorio nomine dicti petri de cugneto rei: 1453: et die .xxvij. mensis iulij vt constat in processu de mandato dicti darderi. ¶ Item qd postea in dicto processu dictus darderi procuratorio nomine dicti petri de cugneto rei tradidit quandam cedulam incipientem. Satisfaciendo &c. in qua cedula dictus de cugneto reus se offert dictam medietatem dictorum bonorum & hereditatum restituere dicto nobili Joanni de sizerio detractis detrahendis vz funeribus legatis debitis: & dictis .cccc. & .xx. flore. super totali hereditate predicta. ¶ Item qd pendente dicto processu in dicta curia communi & ante diffinitionem eiusdem dictus nobilis Joannes de sizerio ab humanis decessit superstitibus sibi domino Joanne de sizerio: iacobo & petro de sizerio: necnon domina katherina primavxore domini Guidonis pape. ¶ Item qd propterea de anno domini .1455. & die .vij. mensis nouembris dicti dominus Joannes de sizerio: & petrus fratres causam habentes: vt dicunt a dicto Jacobo eorum fratre tradiderunt in dicta causa quosdam articulos incipiẽtes ad vlteriora &c. ¶ Item qd postea de anno domini .1468. et die .xj. mensis maij fuit lata sententia in dicta causa in fauorem dictorum domini Joannis et petri de sizerio fratrum et adiudicata eisdem dicta medietas dictorum bonorum &

[a] ¶ Remanebit in claro. vide I decisio. gla. q. 520.

rum &

rum et hereditas dicti molaris testatoris vigore dicte subscriptionis detractis detrahendis cum fructibus a tempore litis contestate. ¶ Item qd dicta causa de presenti ventilatur in curia appellationum totius dalphi. per appellationem per dictum de cugneto a dicta sententia interpositam. ¶ Itez z quia dicti domini Joannes pape z Franciscus pape eius frater liberi z heredes dicte domine katherine de fizerio dictum testamentum Joannis molaris et dictam litis pendentiam ignorauerunt vsqz post dictam sententiam latam per dictum iudicem communem incontinenti qd ad eorum noticiam premissa deuenerūt libellū articulatū in dicta cā appellationis tradiderūt q̄ libellus incipit. Iste pcessus zc. ꝑ dictū petrū de cugneto petēdo dictū de cugneto cōdēnari ad restituendum eisdem pape fratribus vt heredibus dicte domine katherine eorum matrez quartā partē dicte medietatis. ¶ Et pro declaratione iuris z intentionis dictorum pape fratrum videnda sunt z in iure examināda quesita subscripta. ¶ Primo si per verba in dicto testamento adiecta ibi: si vero contingat dictam francesiam zc. Et sequitur voluit z precepit idem testator qd eo casu medietas dictorum bonorum: sit dicti testatoris z pleno iure pertinere dignoscatur nobili Joanni de fizerio eius gratiosi.ei9 consanguineo charissimo. Et eius liberos. Si dicti liberi Joannis de fizerio debuerint simul cocurrere in dictis bonis z hereditate cum dicto Joanne de fizerio patre: vel si venire debeant dicti liberi z vocati videantur ordine successiuo. ¶ Secundo si dicti liberi Joannis de fizerio veniant ad dictam hereditatem ex eorum propria persona per illa verba. Et eius liberos. Uel si veniant ex persona dicti Joannis de fizerio eorum patris primo loco substituti. ¶ Tertio quia non constat dictam dominam katherinam agnouisse dictam substitutionem ante eius mortem si ipsa transmiserit dictam substitutionem seu ius dicti fideicommissi ad dictū dominum Joannem pape z fraciscum pape eius liberos z heredes. ¶ Quarto si dicta domina katherina fuerit exclusa a dicto fideicommisso ex eo qd ipsa dote contenta quittauit dicto Joanni de fizerio eius patri bona paterna. ¶ Quinto si per illa verba pleno iure adiecta in substitutione dicti nobilis Joannis de fizerio censeatur prohibita quarta trebellianica quā dicta francesia heres rogata detrahere poterat. ¶ Sexto de quo operētur verba adiecta in dicto codicillo. ibi: qd dictus nobilis Joannes de fizerio nihil petere possit nisi in medietate dicte hereditatis que remanebit in claro post mortem dicte sue heredis. ¶ Septimo si dictus petrus de cugneto potuisset detrahere quartaz trebellianicam si ipse sibi in hoc derogauerit in eo qd in dicta sua comparitione in dicta causa tradita incipiente satisfaciendo se offert paratum restituere dictam medietatem hereditatis predicte detractis funeribus legatis z dictis.cccc.et.xx.florenis nullam mētionem faciendo de detractione trebellianice. ¶ Octauo si dicta trebellianica locum habuerit an fuerit confusa in fructibus per dictam francesiam et petrum de cugneto eius heredem de dicta hereditate perceptis. ¶ Nono si dicta francesia heres fuerit ex alio capite priuata trebellianica: quia ipsa non confecit inuentarium. Et si ipsa potuerit a dicto testatore releuari a confectione dicti inuentarij. ¶ Decimo si dicti de fizerio et pape agentes contra dictum petrum de cugneto eidem soluere debeant dictos.cccc.et.xx.florenos vel medietatem tantummodo respectu medietatis dictorum bonorum petite.

¶ Undecimo si dicti de fizerio et pape agentes contra dictum petrum de cugneto poterunt opponere exceptionem non numerate dotis. ¶ Duodecimo si fructus percepti per dictam francesiam heredem: et consequenter per dictum petrum de cugneto eius heredem de dictis bonis hypothecarijs cedant in solutionem dictorum.cccc.et.xx. florenorum : quia dictus testator fructus eidem

francesie donauit. ¶ Decimotertio ad quem pertinere debuerit vel de presenti pertinere debeat solutio debitorum legatorum et funerum impense.

1 ¶ † Ad primum quesitum respondeo: videretur dicendum qd ipsi pater, et eius liberi videantur ad dictam substitutione insimul inuitati per illam dictionem / et que dictio / et quando ponitur inter personas denotat distributionem et diuisionem per partes inter easdem personas fiendam. l. eum qui. in prin. ff. de verb. obl. et in aut. si qn. C. de consti. pec. cum si. Sed contrarium

a ¶ Cōtrariū est vitas de hoc ēt tetigi in deci. pla. qō. 531. ibi scdo est presciendū.

2 est veritas[a] in casu nostro de quo hic agitur: quia imo veniunt dicti liberi post patrem ordine successiuo propter ordinatam affectionē que hic cadit in eo qd ipse Joannes de sizerio pater erat consanguineus dicti testatoris et sibi charissimus vt ipse testator in dicto suo testamento attestatur. Que charitas et affectio faciunt presumere testatorem voluisse patrem insolidū primo succedere debere in dicta hereditate. Et post mortē patris eius liberos per ea que dicit glo. et Bart. in. l. gallus. in. §. quidam recte. in. ij. col. ff. de libe. et posth. Idē tenent Dy. Andreas de pisis Bal. et Ang. de perusio vt refert dominus Jaco. de puteo qui illos sequitur: et dicit hanc esse communem opinionem in. d. §. quidam recte. hanc eandem opinionem etiam tenet gl. in. l. cum pater. §. penul. ff. de lega. ij. ymol. tamen tenet contrarium qd imo simul admittuntur et non ordine successiuo. Et similiter aliqui alij eum sequuntur allegantes pro hac parte. c. raynucius. extra de test. vbi instituit patruum et eius filios qui simul admittuntur: tamen precedens prima opinio supra recitata Bar. et aliorum est magis communis vt ibi dicūt doc. Sed in casu de quo in dicto processu agitur non est curandum si simul vel ordine successiuo liberi dicti Joannis de sizerio admittuntur: quia ipse Joannes de sizerio pater est mortuus: ideo bona de quibus agitur pertinent insolidum dictis suis liberis.

2 ¶ † Ad secundum quesitum dico qd dicti liberi Joannis de sizerio post patrem ordine successiuo substituti iuxta supra allegata veniunt ad dicta bona et hereditatem ex persona dicti molaris testatoris vt liberi dicti Joannis de sizerio: et non vt heredes dicti de sizerio eorum patris. Cum in dicta substitutione non fuerit adiectum verbum et heredes. Imo et si dixisset heredem intelligeretur de liberis tantum et non de heredibus: vt dicit Joannes ferrarij in titulo forma libelli quo agitur ad restitutionem fideicommissi. super verbo decederet sine liberis. circa finem. Ideo eius liberi admitti debent ad dictam substitutionem: et per consequens dicta domina katherina: licet ipsa non fuerit heres nec coheres vniuersalis dicti Joannis de sizerio eius patris: quia si dictus molaris testator voluisset cogitare de liberis et heredibus dicti de sizerio bene expressisset. argumentum. not. in. l. vna. in. §. sinautem ad deficientes. ibi: non si contrarium &c. C. de caducis tollendis. et in capitulo. ad audientiam. extra de decimis. Sed quia ipse testator non expressit verbum heredes non debet interpre-

tari quod voluerit sentire de liberis heredibus vniuersalibus dicti de sizerio: sed de liberis qui etiam non essent heredes.
3 †Que mens testatoris etiã tacita in fideicõmissis est attẽdenda.l.2 si fieret interpretatio in contrariũ esset cõtra verba & mẽtem ipsius testatoris.ideo non est fienda talis interpretatio/ sed dz stari proprijs verbis testamẽti.l.labeo.ff. de sup.leg. Immo & si dictus testator dixisset filios et heredes dicti ioannis de sizerio:illa verba deberẽt intelligi de filijs tantũ vel heredibus tantum:& non requireret vtrunqꝫ ꝙ essent filij & heredes. Ita dicit & tenet Bar.in.d.l.gallus.§.etiam si parente.circa fi. ibi:& per hoc apparet solutio questionis quã faciebam.§.eodem.§.quidam recte.ꝙ si testator dicit substituo titium: & eidem filios et heredes.fm significationem verborum debet intelligi filios tantum vel heredes tantum. nam hic copula et cadit inter duo adiectiua nõ respectu vnius substãtie.ergo &c.
4 vt.l.ea tamen adiectio.ff.de lega.iij.¶†Ad tertium quesitum si dicta domina katherina trãsmiserit ad dictos eius liberos & heredes dictã substitutionem seu fideicommissum per eam non agnitum ante eius mortem. Super hoc fuit dubium: qz glo.in.l.quidam.ff.ad trebel.tenuit ꝙ non.& in.l.iij.ff. de reg. catho.sentiens ꝙ dies fideicommissi vniuersalis cedit ab adita hereditate:non aũt a morte testatoris. Sed contrarium tenent communiter docto.ꝙ dies fideicommissi vniuersalis cedit a morte testatoris quantum ad transmissionem per.l.cogi.§.idem metianus.ff.ad trebel.& sic si cedit a morte testatoris transmittit ad heredem etiã hereditate non adita.& monẽtur ex ordine titulorum.in.C.vbi imperator tractat de legatis et fideicommissis particularibus.& deinde tractat in tit. ad trebellianum.& deinde ponit titulum quãdo dies leg. & fideicõmis.& postea ponit titulum de cad.tol.Et dicit in.§.in nouissimo.& in.§.cũ igitur diem legato.vel fideicõ.cedere a morte testatoris.Et facit pro hac sententia fm dominum Jo. de imol.
5 quia † licet fideicõmissarius vniuersalis ante aditã hereditatem non haberet actionẽ ex testamento:tñ habeat officiũ iudicis ad cõpellendũ heredẽ adire:vt in.l.sine scriptura.C.ad trebellia.&.l.si legatarius.ff.eo.titu. quod quidã officium iudici fideicommissarius transmittit ad heredem suum.l. non solũ. ff.de in integ.resti.& hec est cõmunis sententia doctorum: vt etiã refert & tenet domi.Christophorus.de nicellis actu legens de presenti in vniuersitate Taurini in.l.tã filio.ff.de leg.j. Et corroboratur hec snĩa per ea que dicit Cy.qui dicit & tenet ꝙ lz fideicõmissarius decedat anteqꝫ ipse agnouerit fideicõmissum & propterea lz non trãsmittat hereditatẽ ad heredes/ tñ trãsmittit ius adeũdi ad heredes etiã extraneos.ita dicit ipse Cyn.in.l. vna.C.de his qui ante ap.tab.idẽ tenet bar.post Dy.in.l. a testatore.in fine sui cõmenti.ff.de cõdi.& demon.dicẽs ꝙ fideicõmissarius hz actionẽ ex testõ & illã actionẽ trãsmittit ad hẽdes ẽt anteqꝫ fideicõmissuz agnouerũt:ita tenet ibi ipse bar.& i.d.l.cũ
6 filio.ff.de le.j.lz gl.in.d.l. cũ filio. volẽs inducere in argumẽtis
a ꝙ † sicut hereditas nõ adita nõ trãsmittit[a] sic nec transmittit

a ¶Nõ trãsmittitur.de transmissione hereditatis nõ adite vid plene p Bar.in.l.ventre.ff.de acq ren.here.

fideicommissum non agnitum.idem etiam sequitur gl.in.d.l. a testatore.ff.de condi.⁊demõstra.⁊ Azo in summa.C.ad trebel.
a doctores tamen communiter tenẽt cõtrariũ [a] ⁊ mouent primo per dictam.l.a testatore.ibi enĩ si fideicommissum non fuisset conditionale certe transiuisset:vt ibi sentit tex.. Secundo mouentur doc.per.l.iij.⁊ per.l.si in personam.C.de fideicõmissis. Tertio mouentur doc.per.l.cogi.§.idem metianus.ff.ad treb. et ibi glo.est visa sentire per.l.postulante.in prin.ff.ad trebel. Non obstat dictum argumentũ quod fecit glo.in dicta.l.cũ filio de hereditate.quia longa est differentia inter hereditatẽ et fideicommissum. Nam ante aditionem hereditatis heres nullum ius habet. Nimirum ergo si hereditatem non aditam non transmittit.l.j.§.in nouissimo C.de cad.tollẽ.secus autem
7 est in fideicõmisso vniuersali.† Nã. eo ipso qđ est adita hereditas fideicommissarius habet actionem ex testamento:quia cõpellere potest heredem ad restitutionem fideicommissi: vnde hanc actionem bene trãsmittere potest ad suos heredes.⁊ hec
b est communis opinio [b] quã tenent omnes tam antiqui quam moderni:vt refert domin9 Jaco.de puteo.qui idẽ tenet in.d.l. cum filio.in glo.fi.ibi § acquireretur.in.xv.colũ. Ulterius ibi dicit ipse dominus Ja.de puteo qđ restat videre de alia q̃one. Nam precedens questio locum sibi vẽdicat in fideicõmissario moriente hereditate iam adita. ¶ Sed quid si moriatur fideicommissarius vniuersalis ante aditam hereditatem an tunc fideicommissarius transmittat.gl.in.l.iij.ff.de regu.cath.dicit quod non.idem videtur sentire glo.in.l.quidam ita.sup verbo adeatur.ff.ad trebel. Que glose cẽserunt fideicommissum vniuersale cedere a die adite hereditatis.idem tenuit Dy.in.l.iij. §.j.ff.de adi.le. Sed Jaco.de Aret.quem sequuntur ceteri doc. tenuit oppositum dicens quod immo tale fideicomissum vniuersale transmittitur etiam ante aditam hereditatẽ p heredẽ rogatum. Motus primo per.d.l.iij.§.j.ff.de adult.vbi fit equiparatio fideicommissorum particularium ⁊ vniuersaliũ. Mot9 est et.h.per.l.cogi.§.idem metianus.ff.ad treb.vbi heres fideicommissarij potest cogere heredem institutum adire:ergo ante non erat adita hereditas:⁊ tamen fit transmissio. Et huic sententie adheret Barto.hac ratione:nam dicit quod iurisconsul. signanter.primo posuerunt titulos de legatis ⁊ fideicõmissis particularibus:de quibus in titulo.ff.de leg.j.et sequentibus postea subiecerunt titulum de fideicommissis vniuersalibus: de quo.ff.ad trebel.post autem hos duos titulos subiecerunt titulum quãdo dies legati fideicommissi cedat:vt nobis claro et aperto iure ostenderent eodẽ tpe diẽ particularis ⁊ vniuersalis fideicommissi cedere:videlicet a morte testatorũ. Similem ordinẽ seruauit imperator in lib.C.nam post titulũ de legatis et fideicommissis particularibus subiecit titulum de fideicommissis vniuersalibus scilicet titulum ad trebel.post quos titulos subiecit.l.vnã.§.in nouissimo.C.de caduc.tol.vbi dicit diez legatorum vel fideicommissorum cedere a morte testatoris.
¶ Non obstat gl.in.d.l.q̃dã ita:q2 põt intelligi.quod nõ ccdit

fideicommissum vniuersale nisi a tempore adite hereditatis:quia verum est vt non possit peti actione ex testamento:sed quo ad transmissionem bene cedit a tempore mortis testatoris vel non cedit nisi ab adita hereditate quo ad transmissionē secūdū aliū:de quo ibi.⁊ ista est cōis opi.vt ibi refert dict⁹ dñs Ja.de puteo.¶Ex quibus omnibus propterea concludo quod licet dicta domina katherina decesserit anteq̄ ipsa agnouerit dictum vniuersale fideicommissum quod nihilominus eum transmisit ad dictos eius liberos et heredes.

8 ¶†Ad quartum quesitum si dicta domina katherina quittando bona paterna dicto nobili Joanni de fizerio eius patri sibi in aliquo preiudicauerit in dicta hereditate Joānis molaris testatoris predicti:de qua agitur.Et indubitanter dicēdum est qđ nō:quia alia sunt bona paterna et alia sunt bona dicti molaris testatoris:ideo illa quittātia bonorū paternorū nō debet extendi ad alia bona totaliter separata:arg.in simili in.l.si is qui ex bonis.ff.de vulgari.Quia separatorum separata esse debet ratio ⁊ iuris dispositio.l.tutorem.ff.de his quibus vt indig.⁊.l.fi.de calū.⁊ faciūt no.per gl.in.c.secundo requiris.extra de appel.

9 ¶†Hinc est qđ alibi dicit Bar.qđ si filia quittauerit bona paterna illa quittantia non extenditur ad bona fraterna quin ipsa filia in ipsis succedat fratri intestato:licet ipsa bona fraterna ortum habuerint ⁊ processerint ex bonis paternis:ita dicit ipse Bar.in.l.ij.§.illud.ff.de heredi.vel actione vendi.Tales enim renunciationes prohibenť in.l.pactum.C.de colla.nō recipiūt interpretationē extensiuam.l.quod vero.ff.de legibus.

10 ¶†Preterea dicta quittātia fuit facta per dictā dñam katherinā quadraginta anni sunt elapsi quo tempore adhuc viuebat dicta francesia vxor ⁊ heres dicti testatoris molaris.⁊ sic nondum euenerat locus dicte substitutioni facte per dictum molaris in persona dicti Joannis de fizerio.⁊ per consequens nō possunt dicti ipsa bona et hereditas dicti molaris testatoris fuisse tempore dicte quittantie in bonis dicti Joannis de fizerio patris dicte domine katherine:qꝛ substitutio que nondum euenit non dicitur in bonis nostris.l.substitutioni.ff.de acqui.rerum do.

11 ¶†Et illa quittātia propterea nō potest extendi ad alia bona postea patri acquisita.l.qui cum tutoribus.in princi.ff.de transactio.Preterea dicta domina katherina tempore dicte quittantie non fuit certiorata de.l.pactum quod dotali.C.de pac.Ideo non valuit dicta quittantia:quia nō potuit renunciare iuri sibi competenti qđ ipsa ignorabat vt dicit gl.in autē.quomodo oporteat epi.et cle.ad ordi.produci.§.igitur in glo.super verbo interroget ⁊ facit.l.fi.in fi.ff.ad velleyanū.⁊.l.mater.ff.de inoffi.testa.Nec iuramētū extēdiť ad incognita ⁊ incognita.l.fi.cum simi.C.de non nume.pecu.⁊.l.fi.qui satisdare coguntur.

¶Ad quintū quesitum pro ipsius quesiti decisione vidēda sunt duo puncta in iure.Primo si trebellianica.possit prohiberi extraneo heredi vt in casu nostro.Secundo si possit prohiberi.an videať in casu de quo agitur prohibita per illa verba pleno iure adiecta in substitutione dicti Joannis de fizerio.

12 ¶†Quo ad primū licet sint varie opiniōes si trebellianica per testatorē possit prohiberi.Tamē in curia parlamēti in iudicādo seruatur opinio doctorū,dicētium qđ in extraneis heredib⁹ pōt phiberi vt plene scripsi in decisionib⁹ parlamenti.q.lj.¶Ad secundum si per illa verba pleno iure censeatur prohibita trebellianica dixi quod sic:in sequendo Bart.Bal.Albe.de rosate.in decisionibus curie parlamenti questio.cccccxxxvij.et ibi sufficiat remissio cā breuitatis.
¶Ad sextum quesitum de quo operentur verba adiecta in codicillo dicti molaris testatoris ibi quod dictus nobilis Joannes de fizerio nec sui substituti nihil petere possint nisi in medietate:quando testator grauat restituere si q̄s

quid superesset de hereditate alienata non reuocantur nisi essent in fraudem alienata.l.titius rogatus.z.l.balista.ff.ad trebel.Ja.de puteo.per recu.et doc. in.l.centurio.ff.de vulga.in.iiij.colum.dicte hereditatis.que remanebit in claro post mortem dicte eius vxoris z heredis. Ad hoc dico quod per illa verba testatoris codicillantis dictus petrus de cugneto hereditario nomine dicte frãcesse heredis dicti molaris non tenebitur rationem facere de vtensilib⁹ auro et argento dicti testatoris nec de fructibus perceptis tempore vite dicte francesse.immo etiam si que ipsa francesia alienauerit remanebunt alienata et de ipsis dictus de cugneto eius heres non tenebitur rationem facere. quia illa verba sunt tante potentie quod ipsa francessa potuit alienare et transportare alibi pro libito sue voluntatis de dictis bonis hereditarijs reseruando tantũmodo heredi fideicommissario quartam partem portionis subiacentis restitutioni:vt plene scripsi in dictis decisionibus parlamenti.q.ccccccxx. ¶ Sz si ipse de cugneto ex persona dicte francesse heredũ poterit detrahere quartã trebellianicam dicam.J.in fine presentis consilij.

¶ Ad septimum quesitum respondeo z credo quod contenta in dicta comparitione per dictum Petrum de cugneto reum in causa tradita nõ preiudicat sibi quin ipse possit in executione sententie ferende petere detractiones sibi de iure cõpetẽtes in dicta hereditate pro quo adduco ea que dicit Cyñ.in.l.fi.in.iij.

13 questio.C.ad legẽ fal.dum dicit quod † si heres faciens facultatem testatoris promittat soluere legata talis promissio intelligitur detracta tamen falcidia. ita dicit ipse Cyñ.in dicta.l.fi.de quo etiam scripsi in decisi.parlamenti.qõne. cccccxxvij.

14 ¶ † Ad octauũ z nonũ quesita dico qd trebellianica si quã potuerit dicta frãcesia detrahere nõ fuit confusa in fructibus per eã perceptis de dicta hereditate ratio:quia dictus molaris testator sibi donauit in dicto codicillo dictosfruct⁹. Nec perdidit trebellianicam si qua sibi cõpetierit per non confectionem inuẽtarij quia fuit releuata cõfectione inuentarij.

¶ Et si non potuerit forte releuari a testatore a confectione inuẽtarij.Esset periculosum dictis substitutis imponere super hoc controuersiam dicte francesse aut dicto petro eius heredi quia dictus testator in dicto codicillo inhibuit cõtrouersiam inferri dicte francesse in ordinatis per eam ad vtilitatem ipsi⁹ frãcesse eius herede adimendo expresse relicta cõtra facere attentantibus:que voluntas testatoris est seruanda quia alibi dicitur disponat testator z erit lex.

¶ Ad decimum quesitum dico quod dicti de sizerio z papa in restitutione dicti fideicõmissi non tenebuntur soluere dicto Pet.de cugneto nisi medietatẽm dictorum.ccccxx.florenorum:quia testator disposuit sibi solui dictam totalẽ summam super tota hereditate:z ita etiam fatetur dictus de cugneto in dicta sua cedula supra in septimo quesito mentionata.

15 ¶ Ad vndecimum quesitum si poterit opponi dicto petro de cugneto exceptio non numerate dotis super hoc consulo quod non opponatur:qz sic opponẽdo fideicommissum petitum esset eisdem pape et de sizerio ademptum prout ipse testator disposuit in dicto suo codicillo.

¶ Ad duodecimũ q̃sitũ dico qd vsufruct⁹ p dictã frãcesiã heredẽ ꝑcepti tpe ei⁹ vite nõ cedũt in solutiõe dictorũ.ccccxx.florenorũ nec in attenuatiõe q̃rte tre.qz ipsi fruct⁹ fuerũt sibi p dictũ attestatorẽ donati z legati. ¶ Dico tñ qd dict⁹ pe.de cugneto ei⁹ heres faciat rõnẽ de fructib⁹ dictorũ bonorũ a morte dicte frãcesie heredis rogate citra z sibi cõputabunt i q̃rtã trebellianicã.l.i fideicõmissaria i pncip.ff.ad tre.si ipsam trebellianicam debeat detrahere de qua infra faciam mentionem.

16 ¶ †Ad decimũtertiũ quesitũ dico q̃ solutio legatorũ spectaret insolidũ ad dictã Francesiã heredẽ rogatã. de debitis vero soluere tenebuntur dicti fideicõmissarij tres partes et dictus de cugneto. vt heres dicte Francesie quartam partem ipsorum debitorum pro trebellianica in l.iij..C.ad trebel. et in l.i.§.fi. ff.eo.ti. Licet forte dici possit contrarium quia dictus testator in dicto suo testamento nominatim et expresse onerauit dictam Frãcesiam eius heredem de solutione legatorum et debitorum vt legi in dicto testamento. ¶ Sed an dictus Petrus de cugneto hereditario nomine dicte Francesie heredis predicte potestit detrahere quartam trebellianicam in restitutione medietatis dicte hereditatis. videtur prima facie quod sic cum nõ possit dici quod eam perdiderit per non confectionem inuentarij quia a confectione ipsius fuit releuata per testatorem. Etiam non computabuntur sibi fructus per ipsam Francesiam percepti eius vita durante in dicta trebellianica quia testator sibi dictos fructus eidem Francesie heredi legauit. ¶ In contrarium posset dici quia per illa verba pleno iure videtur trebellianica prohibita vt supra dixi circa quintum quesitũ. Circa hoc tamen esset cogitandum et sciendum si dicta Francesia detraxerit trebellianicam alienãdo de bonis hereditarijs que alienatiões sibi imputarentur in trebellianica. Sed forte alienata sibi non imputabuntur in trebellianica: quia ipsa Francesia potuit alienare vsque ad quartam partem quinte subiacẽtis restitutioni: vt dixi supra in sexto quesito. Sed forte posset dici quod dictus de cugneto non detrahet quartam trebellianicam cum dicta Francesia heres rogata eam satis detraxerit in alienatione dictorum bonorũ: pro quo vide que dixi in singularibus meis.fo.ccvij.verso.in.§.vbi heres &c.

¶ Summarium.

1 ¶ Barones dalphinat⁹ feuda que tenent a domino dalphino possunt infeudare.
2 Sequestrũ q̃n dicatur iuridice in aliquibus bonis appositũ.
3 Lite inter fiscum et priuatum pendente an possit quis priuari sua possessione.
4 Sequestratio non est in omni casu prohibita.

¶ Consilium.cxxiij.

a Magnificus et potẽs vir [a] Joannes alamãdi dñs quondã vriatici et castri noui et ville Arbenti de anno dñi.M.cccclxxiij. et die.iij.mensis Aprilis pro se et suis titulo sub noie albergamenti tradidit Joãni roserij dicti de albẽcho. quãdã petiam prati continentem.xvj.sestariatas prati sitam in dicta parrochia albẽchij iuxta iter tendẽs ab ecclesia dicti loci versus sectũ ysobiũ: et terrã michaelis porchironis cum suis et alijs cõfinib⁹ sub cẽsu annuo.vj.solidorũ et pro intragijs centũ florenorum habitis et recep. per dictũ dñm castri noui. ¶ Et ibidẽ incontinenti dictus Joannes roserij cõcessit dicto domino castri noui gratiam redemptiuam quinque annorum. ¶ Item q̃ postea dictus dominus castri noui die.xxvj.mẽsis Julij tũc

a ¶ Et potẽs vir. Ista cã fuit diffinita i facto pncipali cõtra dictũ roserij et cõmissum adiudicatũ pti fiscali de ãno dñi M.cccclxxv. et die penul. Julij.

sequentis dictã gratiam redẽptiuã vendidit cessit et remisit dicto Joãni roserij precio centum florẽn. habitorum per nobilem Bonifaciũ ipsius domini castri noui et vriatici filium vt constat publico instrumento. ¶ Item etiam de anno proxime dicto ꝛ die. xiij. mensis Aprilis dictus nobilis Joannes alamandi pro se et suis sub nomine albergamenti tradidit dicto Joanni roserij totũ passagium in quo esse solebat stagnum ipsius dñi vriatici diruptum continens circa quatuor sestariatas terre in dicta parrochia Albẽchij iuxta pratum dicti roserij supra albergatum ex tribus partibus et iuxta calciatum dicti stagni ex alia cum suis alijs confinibus ꝛ cum suis iuribus ꝛ in aquagio sub censu quatuor solidorum cum placito ꝛ pro intragijs. xx. florẽn. auri per dictum dominũ vriatici habitorum: vt constat latius publico instrumento. ¶ Et que albergamenta postea dicti nobilis Bonifacius ꝛ Soffredus alamandi fratres filij dicti domini vriatici ratificauerunt vt constat publicis instrumentis. ¶ Item et cum postea dictus nobilis Soffredus causam mouisset contra dictum Joannem roserij ad causam dictorum albergamentorum corã dño officiali Gratianopol. ipse partes de anno dñi. M. cccclix. ꝛ die. xi. Aprilis deuenerunt ad trãsactionem in qua effectualiter dictus nobilis Soffredus voluit qꝺ dicta albergamenta remaneant in suo esse. ꝛ dicta bona dicto Roserij et suis remanerent mediantibus. lx. florẽn. quos ipse nobilis Soffredus habuit a dicto Joãne roserij. vt latius constat instrumento. ¶ Item qꝺ dicte res albergate erãt de principalioribus membris dicti castri noui. Et mouebantur de feudo dñi nostri Dalphi. sicut et dictum castrum nouum cum iuribus ꝛ pertinentijs suis.

¶ Item quod precia habita pro dictis rebus et bonis per dictos nobiles Joãnem Soffredum et Bonifacium alamandi patrem et liberos a dicto Joanne roserij ascendunt ad. cxx. florenos monete. ¶ Et tamen precium dictorũ. x. solidorum si venderentur non reperirentur vltra. xx. florenos. de quo valore solidorum referunt domini camere computorum dalphinalium. ¶ Contingit qꝺ de hoc anno currente domini. M. cccclxx. et de mense Junij. Dominus procurator fiscalis generalis Dalphi. traxit in causam in curia parlamenti dictũ nobilem soffredum alamandi dñm modernum vriatici ꝛ castri noui. ¶ Et similiter Petrum roserij filium et heredem dicti dñi Joãnis roserij ac possessorem dictorum bonorũ. Et petit cõmissum dictorum bonorũ adiudicari dño nostro regi Dalphi. et pronunciari ipsa bona esse aperta ꝛ cõmissa ipsi dño nostro regi. ¶ Modo queritur si ipse dñs pronũciator fiscalis bene petat et si locũ habeat commissum. ¶ Secũdo queritur si iuridice fuerit processum ad sequestrationẽ factã de dicto prato ad instantiã dicti dñi ꝓcuratoris fiscalis qui ipsum pratũ poni fecit in manu tertia quia dictus roserij conqueritur dicẽs qꝺ nemo spoliari debet sua possessione lite pendente etiã inter fiscum ꝛ priuatũ: ꝛ qꝺ sequestrationes sunt prohibite.

1 ¶ † Ad primum quesitum respondendo videretur prima fronte qꝺ non habuerit locum dictũ commissum causante dispositione libertatũ generaliũ presentis patrie Dalphiñ. in quibus maxime in. xxij. c. ipsarum libertatum cauet qꝺ barones ꝛ nobiles p̃sentis patrie possunt impune res quas tenent a dño Dalphi. in feudũ dare alijs personis sub certo censu vel in feudũ sine requisitione dicti dñi Dalphini vel successorum suorum. ¶ Dummodo sic predicti dantes dictum censum seu feudum a domino Dalphino recognoscant. ¶ Sed cõtrarium credo qꝺ imo dicta bona de quibus agit̃ fuerint dño nostro regi Dalphi. aperta et cõmissa non obstante dicta libertate. ¶ Ex eo maxime quia in dictis contractibus sub nõie traditionis in emphyteosim interuenit preciũ supra declaratum. Ideo dici debẽt contractus emptionis ꝛ venditionis: et facti fuisse

in fraudem constitutionis imperatoris prohibētis res feudales alienari sine consensu.dñi feudi.Ideo illa bona de quibus agitur sunt aperta ₇ commissa dño nostro regi Dalphino per tex.in feudis de prohibita feudi alienatione.in.§.calidis.[a] Et fuerunt ipsa bona de quibus agitur ipso iure commissa respectu dicti roserij emptoris vt dicit glo.in.d.§.calidis.in gl.fi.super verbo reuertātur.Et pōt responderi ad dictam libertatem ibi dum dicitur quod barones possunt alijs impune tradere res feudales in feudum.quia illud est verum vbi non interueniret precium prout in casu de quo agitur interuenit quo casu presumitur venditio fuisse facta in fraudē alienatiōis sine cōsensu dñi directi:ideo res cōmittitur:₇ reuertitur ad dñm vt in dicto.§.calidis.nā₃ illa libertas licet generaliter loquatur debet tamen intelligi ſm ius cōe:videlicet si precium in tali traditione non interueniat prout disponit dictus.§.calidis:quia licet libertas non loquatur de precio debet tamen ille casus omissus relinqui dispositioni iuris cōis in.l.si cū dotē.in prin ci.₇ ibi glo.₇ Bar.ff.solu.matri.vt ius cōmune non ledatur ar. eorum que legū.₇ not.in.l.ex facto.ff.de vulg. Nec potuit ipse princeps dñs Humbertus Dalphi.per dictam libertatē tollere depositionem.d.§.calidis cum ipse princeps illi.§.non derogauerit dicendo non obstante dicto.§.calidis . quia ad hoc vt imperator possit legem positiuā tollere oportet qđ dicat nō.obstante tali lege expresse nominando legem.ita dicit Salyce.in auth.ex complexu.C.de incest.nuptijs . ¶ Fuerunt etiam dicta bona commissa et aperta dño nostro regi Dalphino ex alio capite. ¶ Quia dictus dñs castri noui dictos.x.solidos cēsus super dictis bonis annuatim retentis non recognouit postea tenere a dño nostro rege Dalphino ſm dispositione₃ dicte libertatis Dalphinalis.Concludo ergo qđ non solum de iure feudorum:imo etiam ſm libertates Dalphi.dicta bona de quib⁹ in dicta causa agitur fuerunt ₇ sunt aperta ₇ commissa. Etia₃ quia dispositio dicti.§.calidis seruatur in iudicādo tam in curia parlamenti ꝙ in camera computorum Dalphinalin₃.Ita referūt domini camere computorum nisi tales emptores se facerent de gratia speciali retineri et soluerent laudimia in dicta camera computorum Dalphinalis.nomine Dalphi. quo casu aliqui dicuntur illo modo a commisso fuisse excusati.

¶ Sed credo qđ hoc facere non possunt domini camere ₇ parlamenti quia ipsi non possunt commissum remittere q₃ alienatio patrimonij Dalph.non est eis permissa sine speciali cōsensu domini nostri regis Dalphi. ¶ Dominus eni₃ noster rex Dalphinus non solum de iure per dictum.§.calidis potest cōmissum petere:imo etiam ſm dictas libertates generales presentis patrie in.xij.c.ipsarum libertatum vbi disponitur quod barones et alij nobiles possunt commissum rerum feudalin₃ petere multomagis ergo dominus superior videlicet domin⁹ noster Dalphinus iuxta auth.multomagis.C.de sacrosan.eccl. ¶ Quia ille casus de domino superiore feudi in dicta libertate omissus de quo in dicto.§.calidis videtur relictus disposi-

a ¶ §.calidis.de materia isti⁹.§.calidis vid' plene p Pet.ia. in tr.de ꝯdi. ex leg. imperiali.§.calidis.fo.cxxi.

tioni iuris communis. iuxta dictam.l.si cum dotem. cum ibi
2 not.per doct.ff.solu.matrimo.¶†Ad secūdum questium si iu-ridice fuerit sequestrum appositum in dictis bonis instante dicto domino procuratore fiscali.Et credo quod sic. ¶Primo quia vt legitur in dicto.xij.c.dictarum libertatum barones & alij nobiles habeant ius saysiendi & desaysiendi:multomagis ergo dominus superior videlicet dictus dominus noster rex dalphinus iuxta dictam autenti.multomagis.¶Secundo q2 stilus et consuetudo dicte curie parlamenti consueuerunt ita seruare vt lite pendente inter fiscum et priuatum res conten-tiosa reducatur ad manus dalphini vel ponatur in sequestro in manu tertia: prout factum fuit in casu de quo in hac causa agitur.vt ita referunt domini camere computorum:qui stilus pro lege debet seruari: etiam si in contrarium esset iuris dispo sitio.per tex.in.l.si quando.in fi.C.de iniurijs.et insti.de satis-da.in.§.fina.
3 ¶†Tertio quia licet dictus roserij dicat quod lite pēdente in-ter fiscum et priuatum nemo debeat sua possessione priuari al legando.l.facultas defensionis.C.de iure fisci.lib.x.Ad illam l.respondeo dupliciter.¶Primo quod sequestrum appositum in dictis bonis instante parte fiscali:quia contra voluntatem dicti roserij non priuauit eum sua possessione vt dicit Bart.in l.interesse puto.ff.de acquiren.possessio.& guilielmus de mon-te lauduno.in cle.vna.de sequestratio. possessio. et fructuum. ¶Secundo quia dicta.l.facultas de iure fisci.ita ibi dicit Dy. Sed de iure fisci. constat per supra plene dicta circa primum questitum.
4 ¶†Preterea non est expeditum in iure quod in omni casu sit a prohibita sequestratio [a] quia quando est altercatio inter do-minum & colonum de fundo:tunc fit sequestratio fructuū fun di in.l.litibus.post princip.C.de agrico.& censi.lib.xj.Uel etiā vbi dubitatur de ripa fit sequestratio rei contentiose.l.equissi mum.in princip.ff.de vsufruct.& in.l.si oleum.in prin.ff.de do-lo.et ibi not.& iste casus potuisset contingere inter dictas par-tes nisi magnificus dominus gubernator dictum pratum sub sequestro per tertium teneri mandasset.Sunt etiam multi alij casus in quibus de iure fieri potest sequestratio numerorum quos ponit Joā.ferrarij in titulo forma sequestri in prima gl. etiam enumerantur per Host.in summa.de sequestratiōe pos. et fructuum.Dicit etiam Bar.in.l.mulier.ff.de lege commisso ria.quod vltra dictos casus potest res contentiosa sub seque-stro poni vbi reus est magnus baratator vel litigator.Jta di-cit ibi Bar.Ex quibus propterea potest dici q̄d dictum seque-strum in dicto prato mandato dicti domini gubernatoris in-stante parte fiscali bene oppositum fuisse & non fore tollēdum donec de meritis negocij principalis videlicet de cōmisso p̄ parte fiscali petito fuerit plenarie cognitum.

a ¶Seq̄stra tio.de hoc vi de in singu. meis. f.171. verso. et fo. 244.& i deci.parla.q̄ō. 246.

¶Summarium.

1 ☞Appellatio quando nulla & deserta dicatur.
2 Sententia diffinitiua que dicatur.

5 Cessio bonorũ post appellationẽ interiectã facta qñ possit reuocari et nu. 4.
5 Regula non probata probabo locum nõ habet in appellationibus ab interlocutoriis.
6 Iudex appellationis an possit cognoscere de causa nullitatis.
7 Tacitum vitiatur expresso vitiato.
8 Cessio bonorum quando dicatur legitime procedere.
9 Consuetudo contra bonos mores seruari non debet.
10 Cessio bonorum quando inualidari possit per depositiones testium.

¶Consilium. cxxiiij.

Circa materiam processus gaspardi de la doy appellati et supplicantis ex vna parte: et nobilis antonij albi supplicati et appellãtis ex altera vertentis et indecisi existentis coram vobis egregio domino iudice appellationum et nullitatum totius dalphi. pro declaratione iurium et intẽtionis dicti gaspardi de la doy videntur eliciẽda in iure examinãda quesita subscripta. pro declaratione animi vestri domini iudicis appellationum in ipsa causa ius dicturi. ¶Primo si apppellatio dicti nobilis Antonij albi inserta in processu originali. folio. xli. verso. sit nulla et deserta. ¶Secundo si cessio bonorum facta iudicialiter per dictum gaspardum de la doy post dictam appellationem interiectam potuerit fieri et si possit vel debeat per modum attentati reuocari prout videtur velle dictus albi in sua comparitione. fo. xxv. Licet ibi nõ concludat ad reuocationẽ dicte cessionis per modum attentatorum. ¶Tertio si dicta attentata pendẽte dicta appellatione debeant reuocari per modum attentati cũ fuerit facta ante inhibitionem per iudicem ad quem. Et non fuerint petita reuocari sed datus libellus appellatorius per dictum albi insertus fo. lv. cui libello fuit per dictũ de la doy responsum. Et si per dationem dicti libelli appellatorij dictus albi renunciauerit reuocationi attentatorum. ¶Quarto si dicta ordinatio seu interloqutoria a qua per dictum albi extitit appellatum possit seu debeat ex nouis actis infirmari vel confirmari. ¶Quinto si dicta ordinatio per dictum vicebal linum a quo facta possit per vos dominum iudicem appellationum saltim via nullitatis nulla pronunciari cum non constet in actis prime instantie: nec etiã in hac causa appellationis de pretenso mandato Ioannis de portu asserti procuratoris dicti gaspardi: in cuius personam fuit dicta ordinatio a qua facta. ¶Sexto si appellatio dicti albi dici debeat deserta. Ex isto alio capite: quia nõ constat de pretenso mandato ioãnis galesij qui a dicta ordinatione in scriptis licet infra decem dies appellauit: et si dicta appellatio poterit per dictum albi ratificari.

¶Septimo si dicta cessio bonorum per dictum gaspardum facta de qua in hoc processu agitur legitime processerit et facta fuerit.

¶Octauo si dicta cessio bonorũ poterit inualidari depositionibus testium pro parte dicti albi appellantis in hac causa appellationis examinatorum.

¶Ad primũ q̃situ dico q̃ de iure cõi dicta appellatio dicti albi fuit et est inualida
1 nulla et deserta. ¶† Pro cuius demõstratione pmitto q̃ ordinatione facta p dñm viceballinũ a quo q̃d ipse gaspardus admitteret ad cessionẽ bonorũ est interloqutoria. Quia per eam nõ fuit positus finis in negocio principali de quo inter ipsos albi et gaspardum agebatur videlicet super debito per dictũ albi a dicto gaspardo petito: nec dz propterea dici illa ordinatio sententia diffinitiua: quia sententia diffinitiua dicitur que diffinit principalem controuersiam per tex. in l. j. ff. de re iudi. et pbatur in. l. post sniam. et ibi ita no. Salyce. C. de snia et interloqutoriis om. iudi. Idem etiam dicit Spe. in titulo de sententia. §. species. vsi.

et versi. diffinitiua. notat etiam Jo. ferrarij in titu. forma sententie diffinitiue
in glo. j. circa prin. ⁊ est glo. notabilis in clemen. j. de sequest. pos. ⁊ fructuum in
2 glo. super verbo diffinitiua. idem dicit† qd sententia diffinitiua est que princi-
palem questionem diffinit. idem dicit Arch. di. ij. q. j. in prin. Et alibi dicūt do-
ctores quod sententia dicitur interlocutoria vbi remanet principalis actio. Ita
dicit ⁊ tenet Bal. in. l. ij. C. de epi. audi. Hinc est qd dicitur qd sententia lata su-
per desertione appellationis est interlocutoria cum per talem sententiam non
imponatur finis negocio principali. ita dicit Saly. ⁊ docto. in. l. preses. C. quo ⁊
quando iudex: ideo dictus dñs viceballiuus a quo non appellat eā sententiam
diffinitiuam sed interlocutoriam: vt patet in instrumento dicte ordinationis
per dictū albi appellantem producto. Et cū propterea fuerit appellatū ab in-
terlocutoria ⁊ ipse albi appellans nullas causas pretensi grauaminis expresse-
rit in sua appellatione in scriptis interiecta ipsa appellatio propterea est inua-
lida ⁊ deserta per tex. in. c. cordi. de app. lib. vj. ⁊ in. c. vt debitus honor. extra de
app. ⁊ no. per glo. in. l. iij. in fi. ⁊. l. sequēti ⁊ ibi Bar. ff. de app. ¶ Et si quispiam
diceret qd illa interlocutoria saltim hz vim diffinitiue adhuc si ita esset remane-
ret inualida: ⁊ deserta illa appellatio qz etiā ab interlocutoria habēte vim dif-
finitiue dz in scriptis appellari. ⁊ cause pretensi grauaminis in appellatiōe ex-
primi ⁊ declarari vt dicit Jo. mo. in. c. cupiētes in. §. qd si per. xx. dies. de elec. li.
vj. in glo. sup verbo priuatos. circa fi. ibi: sed pone appellatū est ab interlocuto-
ria que hz vim diffinitiue ⁊c. vbi dicit ⁊ expresse tenet qd dz in scriptis appella-
ri ⁊ cause pretensi grauaminis exprimi ⁊ declarari etiā in appellatione ab in-
terlocutoria habente vim diffinitiue. Et dicit do. Francis. de zaba. cardinalis
floreñ. qd in talibus appellationibus ab interlocutoriis vim diffinitiue habenti-
bus seruari dz dispositio dicti. c. cordi. de app. lib. vj. ita dicit ipse in cle. appel-
lanti. de app. ⁊ idē seruant dñi de rota vt ipse ibi refert. ¶ Nec obstat ad pmis-
sa qd dictus albi in dicta sua appellatione subiūxit clausulam gñalem ibi eo
maxime qz ipso nobili antonio in suis iuribus ⁊ legitimis exceptionibus non au-
dito nec admisso ⁊c. qz illa gñalitas nō sufficit qz debent asserta grauamina spe-
cifice ⁊ expresse ac nominatim ⁊ clare ⁊ nō obscure declarari ⁊ specificari: alias nō
valet appellatio per tex. in. d. cle. appellāti. ⁊ ibi hoc dicūt doc. ¶ Et cū dicta ap-
pellatio sit deserta. si vos egregie dñe iudex appellationū sniam pferretis in ne-
gocio principali pnunciando bene vel male ordinasūvel appellatū snia vestra
esset nulla defectu iurisditionis q̄ in vobis deficit causante dicta desertiōe. ita
dicit Bal. in feu. in ti. quo tpe miles inuestiturā petere debeat in. §. fi. idē tenet
Franc. de zabarellis in cle. si appellationē. de app. in. ij. q. idē tenet Bal. in aut.
ei qui appellat. C. de temp. app. plus dicūt collec. ⁊ doc. in. c. ex rōne. de app. qd
licet Jo. an. in cle. si appellationē. de app. tenuerit qd in hoc casu vbi appella-
tio est deserta pōt appellās coram iudice ad quē petere appellationē desertam
pronunciari ipse tamen collectarius dubitat quia talis iudex iam desijt esse iu-
dex causante desertione. Nisi inquit diceretur qd iurisditionem hz in pronun-
ciando appellationem desertam: quia quo ad aliud non habet iurisditionem.
Et super hac desertione appellationis vos domine iudex appellationum ante
omnia attendere debetis quia iudex cause appellationis prius examinare dz
si per appellationem fuerit iurisditio ad eum deuoluta vt dicit Specu. in titu.
de exceptio. §. dicto ver. sed prius. legitur etiam ⁊ no. in. c. romanis. de appella-
tio. lib. vj. ratio scđm docto. quia desertio appellationis ratificat primā senten-
tiam ⁊ facit perinde haberi acsi nō fuisset appellatum ⁊ nō valeret sentētia post
desertionem lata contra primam que in rem transiuit iudicatam vt per glo. et
doct. in cle. si appellationem. de appel. ⁊ hoc de primo quesito.

3 ¶ Ad scdm questitū si cessio bonoꝝ p modū attentati possit vel
debeat reuocari q: post appellationē interiectā legit fuisse fa-
cta. Et sup hoc dicendū est ꝙ nō debeat dicta cessio bonoꝝ re-
uocari cū fuerit facta ante inhibitionē. Sed dꝫ differri donec
cognito de appellatiōe: iuxta.c.nō solū.ibi: illa ṽo q̄ postea. de
ap.li.vi. Tū q: cū dicta appellatio sit inualida ꝛ deserta p su-
pra in primo q̄sito declarata nō hꝫ locū reuocatio attētatoꝝ
p regulā dolo petit ꝛc. Et p regulā hodie ꝯstat/hodie agat.ex-
tra de re iud.c.cū olim.ꝛ de rest.spo.c.literas. ita etiā tenēt do
mini de rota.ꝛ hoc de secundo quesito.
¶ Ad tertiū quesitū dico ꝙ posito ꝙ dicta appellatio nō fuis-
set deserta adhuc nō deberet dicta cessio bonoꝝ p modū attē-
tati reuocari: cum ipse albi eligendo vnam ordinariam dan-
do dictū libellū appellatoriū ꝯ dictū gaspardū ꝛ petēdo pnun
tiari p vos dn̄m iudicē appellationū male ꝛ fuisse p dictū vice-
ballinū pcessum ꝛ ordinatū videt ipse albi renūtiasse vie extra
ordinarie/vcꝫ officio iudicis cōpetentis p reuocatione attēta
toꝝ. Ideo nihil dꝫ reuocari p modū attētati donec cognito de
negotio pncipali. Ita dicit Spec. se obtinuisse in ti. de app.§.
pen.ṽ.sed pone petij ꝛc. quē sequit Arch.in.d.c.nō solū.de ap.
li.vi.ibi: ꝛ no.ꝙ si facta est petitio qua petit snia tanꝗ iniusta
reuocari ꝛc. Idē etiā tenet Bar.in.l.vna.ff.nil no.ap. pen. vbi
si post donationē talis libelli/aliqd attētaretur quo casu illa
postea attētata debēt reuocari p modū attētati: q: que de no-
uo emergunt nouo indigent auxilio vt dicūt docto. vbi.s.
¶ Ad quartū quesitū patꝫ clara rn̄sio ꝙ dicta ordinatio a qua
nō dꝫ nec pōt ex de nouo hincinde p partes pbatas in hac cā
appellationis reuocari neqꝫ ꝯfirmari: sed tantūmodo ex actis
prime instātie dꝫ in hac cā appellatōis iudicari. ita dicit text.
5 in cle. appellāti.in fi.de ap. † q: in appellationib9 ab interlocu
toria nō hꝫ locū regula nō pbata probabo. vt dicit expsse bar.
in.l.ij.ff.de mino. Tū q: dicta cle. appellāti. in sui prin. dispo-
nit ꝙ appellās ab interlocutoria nō pōt psequi alias causas
ꝗ nolatim in appellatiōe sua expsserit. Sed ipe albi appellās
nullas causas ptensi grauaminis nolatim expssit in dicta sua
appellatione in scriptis facta ideo nō pōt psequi cās in hac cā
appellatiōis corā vobis dn̄o iudice appellationū ptensas per
dictā cle. appellāti. in prin. ¶ Et hec vera sunt etiā si interlo-
cutoria obtineret vim diffinitiue: q: dicta cle. appellāti loqtur
indistincte: ideo indistincte est intelligēda in quacūqꝫ interlo
cutoria iuxta.l.j.§.ꝛ generalr.ff.de leg.prestan.cum simi.
6 ¶ † Ad quintū quesitū rn̄deo ꝙ vos dn̄e iudex appellationuꝫ
nō potestis nec debetis cognoscere de nullitate in dicto qnto
quesito mētionata nec sup ipsa nullitate pnuntiare. Q: cū ap
pellatio dicti albi fuerit ꝛ sit deserta causis supra in primo q̄si
to declaratis: ꝛ alijs infra in sequēti quesito dicēdis. Illa nul-
litas etiā fuit ꝛ est deserta: cū ipsa nullitas veniat accessorie ad
cām appellatiōis.l.j.in fi.C.qn̄ puo.nō est neces. Sublata er-
a go appellatione que est pncipalis: dꝫ esse sublata nullitas[a] vt
accessoria. vt in.l.cū pncipalis.ff.de reg.iur. ꝛ in.c. accessoriū.

a ¶ Sublata nullitas. si dserta appellatiōe deferat nullitas. de quo vide.s. ꝯsil. xxxviij. et.s. consil. x.

de reg.iu.li.vi.Ita etiã tenet Frãci.de zaba.in.d.cle.appellatione.de ap.vbi dicit ipse q de nullitate cognosci dz corã ordinario in.c.dilecto.de ap.z in cle.j.de re iu.¶ Sed ex vi appellationis cognoscit iudex ad quẽ de nullitate vt dicit Inn.in.d.c. dilecto.ergo sublata appellatiõe cognoscit solus ordinarius.
7 ita dicit dict⁹ Frãci.de zaba.¶ †Et fortificant p̃missa q: viciato expl'so etiam censetur vitiatũ tacitũ iuxta not. p glos.in.l. si fundi sub ɔditiõe.in.§.si pater.sup ṽbo sola.ff.de le.j.z ibi p dictã gl.aliq doc. nouissimi tenẽt q sublata appellatiõe p desertionẽ cẽsef nullitas ẽt deserta z sublata.Et hoc vex maxie vbi intẽtat nullitas simul cũ iniqtate:vt dicit Io.fer.in ti. forma appellatiõis ab iterlocutoria.in gl.sup ṽbis i his scriptis pvocat zc.¶ Alia ẽt ɔsideratiõe nõ potestis vos dñe iudex appellationũ de dicta nullitate cognoscere nec sup ea pnũtiare:cũ dictus albi in dicto suo libello inserto in pcessu originali. fol. lv.illud nõ petat:z ideo si sup nullitate pnuntiaretis snia vestra esset nulla tanq̃ difformis z nõ conformis a petitione dicti albi iuxta.l.vt fundus.cũ ibi no.per doc.ff.communi diui.
¶ Ad sextũ quesitũ si appellatio dicti albi sit inualida z deserta.Ex alio capite q: nõ constat de mãdato illi⁹ q: dicta ordinatione p ipso albi ĩfra.x.dies appellauit. ¶ Et clarũ est q dicta appellatio ex hoc etiã solo capite est inualida iuxta.l.ls. in fi. C.de pcur.z.l.ls.ff.de iudi.¶ Immo z si ipse albi vellet modo dictã appellationẽ factã p nõ habentẽ ptãtem ratificare ratificatio nihil pdesset sibi q: semp remaneret ipsa appellatio deserta p ea q̃ dicit.Host.in sum.in ti.de ap.in.§.qs possit.vbi expresse dicit q si aliqs infra decẽ dies ab aliq̃ snia nole meo appellet sine mãdato.¶ Debeo illã appellationẽ ratificare infra dictos decẽ dies infra quos debebã appellare al's nõ valet: et ipsa appellatio remanet inualida z deserta.Ita dicit.d.Host. vbi.s.Et facit p hoc.l.bonox.ff.rẽ rat.ha. q: illud dz ratificari ĩfra tp̃s quo act⁹ fieri põtvt pbat tex.in.d.l.bonox.z no.in.c.q: ioannes.xij.q.v.¶ Et facit p hoc qd in sti no.p glos.in.c.q̃ sit sup ṽbo petere.in fi.de elec.li.vj.vbi si qs aliqs amic⁹ me⁹ sine mãdato meo ɔfirmationẽ mee electiõis petierit q debeo ratificare ĩfra tres menses ĩfra qs dictã ɔfirmationẽ petere debebã al's nõ valet ratificatio vt ibi.¶ Nõ q: pmittẽdo labi tp̃s a iure mihi ɔcessũ ad aliqd faciendũ si ĩfra illud tp̃s nõ faciã vl' etiã infra illud tp̃s ratũ nõ habeam videor iuri meo renũtiasse saltim tacite.l.fi.ff.de ap.reci.z.l.hi q.ff.de ap.Ideo frustra conor p ratificationẽ redire ad id qd renũtiasse videor.ff. de re .cre.l. iurisiurã.z.C.de ɔdi.inser.l.vl.z.ff.q sat.co.l.de die.§.vlt.¶ Et ita fuit iudicatũ i curia plamẽti vt plene scripsi in decisionib⁹ dicte curie.q.xiij.Et hoc de sexto quesito.

a ¶ Cessionẽ bonorũ. hic de cessione bonorum de quo vide plene p pet. iac.in tit.de cessione bonox.z Saly ce.in.l.iij.C. q bo.ce.pos. vbi tractat hanc materiaz p. xiiij. q.z Io.fabri insti.de act. in.§. fin.

8 ¶ †Ad septimũ quesitũ si dicta cessio bonox facta p dictũ gaspardũ legitime pcesserit z facta fuerit: z indubitãter dicendũ est q sic.¶ Primo q: lz ipse gaspardus potuisset de iure dictã cessionẽ bonox a facere extra iudiciũ per nuntiũ vel pcuratorẽ: vt dicit.l.fi.ff.de cessio.bo.Ipse tamẽ gaspardus dictam cessionez in actis prime instãtie bonox legif fecisse in iudicio sm

consuetudinem loci percutiendo trina vice de culo super quodam trunco et dicendo ter cedo bonis et alis vt in actis preiudicialibus continetur.

9 ¶†Que tamen consuetudo quia contra bonos mores nō erat seruanda vt dicunt Dy. et Raphael cuma. in dicta. l. fina. Pet. Jacob. tamen dicit in titulo de cessione bonorum qd illa consuetudo est seruanda. allegat. l. de quibus. ff. de legi. et. l. ij. C. que sit longa consuetu. ¶Secūdo legitime processit dicta cessio bonorum quia ante ipsam cessionem dictus Gaspardus cōfessus fuit debitum dicti albi. vt legitur ex ipsis actis prime instantie ideo valuit illa cessio. ita dicit glo. in. l. prima. C. qui bonis cedere possunt. et dicit textus. in. l. penulti. ff. eodem titu. Et est talis cessio bonorum generalis: et quo ad bona z quo ad creditores. Nec sunt necessario vocandi omnes creditores sed sufficit vocari illos qui instant seu qui contra cedentem litigant seu cum quibus causa pendet. argumen. ff. de cessione bonorum. l. iiij. Et no. petr. Jaco. vbi supra. Et nocet talis cessio alijs creditoribus non vocatis postea apparentibus sicut vna cōfectio inuentarij sufficit omnibus creditoribus ex postfacto apparentibus. l. fina. §. licentia. C. de iure deliberandi: dummodo cedens eisdem non vocatis dum conuenietur confiteatur debita. ita dicit et tenet Salycetus in. l. prima. C. qui bonis cede. possunt. in prima columna ibi: secundum dubiū. ¶Non est tamen ipse Gaspardus cedens infamis propter talem vituperosam cessionem per eum factam. vt in. l. debitores. C. ex quibus cau. infa. irrogatur. et dicit hoc Pet. Jaco. vbi supra. ¶Item qz non constat qd ipse Gaspardus habuerit alias inducias quinquennales de suis debitis soluendis: ideo ad illam cessionem bonorum debuit admitti iuxta. l. fina. C. qui

a bo. cedere possunt. ¶Item etiam ipse Gaspardus indicauit [a] bona sua vt patet ex actis prime instantie: z sic fecit quod debuit iuxta nota. per glos. in. l. j. C. qui boñ. cedere possunt. z hoc de septimo quesito.

10 ¶Ad octauum z vltimum quesitum respondeo quod dicta cessio bonorum non potest inualidari depositionibus testium in hac causa pro parte dicti albi appellantis examinatorum.

¶Non primo depositionibus testium productorū in processu presentis instantie. folio. lxxix. quia fuerunt sumpte pro secre-

b ta informatione [b] et parte non vocata: ideo non probant: vt dicit Barto. in. l. si maritus. et in. l. fina. in fine. ff. de questionibus. vbi ipse Bart. loquitur de secretis informationibus. Nō etiam potest inualidari dicta cessio bonorum per informationes insertas in processu appellationis. folio. cxxxvij. quia teste vbi descripti non sint contestes: sed singulares vt patet ex lectura ipsorum: ideo non probant. l. iusiurandi. in fine. C. de testi. cum simi. Et aliqui ex ipsis testibus deponunt per verbū videtur: z alij de auditu alieno: z alij non reddunt causam eorum pretense scientie: ita qd illis testibus non est fides adhibenda. Non obstant etiam relationes quorūdam testium qui deponunt recepisse quedam instrumenta de cōtractibus dicti

a ¶Judicāuit si in dolo se celauerit vel dissipauerit añ cessionē ei' bōa s fraudez cessiōis non pdest cessio ced... sz dz in carcer retrudi vt dt Pe. Ja. i ti. d cessiōe bonorū z Saly. i. l. si C. q bo. ced. pñt. l pen. col. iij.

b ¶Pro secreta informatiōe. si iudex teneat mōstrare pti secretas informatiōes vid. ff. d mu ne. z hono. l. l. rescripto §. si qs accusator. z ibi scripsit dñs petrus pape.

gaspardi: quia ille relationes nō probant sicut nec note probant nisi in publicam formam fuerint redacte vt dicit Bar. in. l. contractus in. j. col. C. de fide instru. ¶ Et si premissa cessarent prout non cessant non deberet circa premissa audiri dictus albi appellans cum dicta ordinatio a qua sit interlocutoria: vt declaraui supra circa primum quesitum. Et que interlocutoria propterea nō debet neq̧ potest ex nouis actitatis informari per tex. in dicta cle. appellāti. in fi. de appel. que loquitur indistincte de omni interlocutoria ideo indistincte intelligenda vt supra in quarto quesito. in fiñ. etiam tetigi. ¶ Concludo ergo ex premissis qd vos egregie domine iudex appellationum non potestis nec debetis pronunciare super negocio principali videlicet si bene vel male fuerit ordinatum per viceballiuum a quo: quia si super hoc pronunciaretis sententia vestra esset nulla. ¶ Sed tantummodo pronunciare debetis super desertione appellationis dicti albi per ea que plene supra dixi circa primum quesitum. in fi. et circa sextum quesitum.

¶ Summarium.

1 Priuilegium cluniacense de quibus beneficijs intelligatur.
2 Clausula vt aliqua indulgentia non obsistat quam virtutem habeat.
Mentio generalis alicuius rei quando sufficiat.
4 Motus proprius pape quid operetur in gratia expectatiua.
5 Collatio alicui per ordinarium facta quando valeat.

¶ Consilium. cxxv.

Circa decisionē processus arbitralis pronunciationis fiende super prioratu de thoneto inter fratrem guillelmū roberteti ex vna parte et fratrem petrū porte ex altera: videntur in iure examinanda quesita subscripta que oriuntur ex hincinde per dictas partes producta. ¶ Primo si priuilegium per summos pontifices dudū concessum abbati cluniacensi circa collationes beneficiorū ex sua abbatia dependentium intelligatur etiam de beneficijs vacantibus in mensibus pape in quibus spectat pape collatio tam de iure q̄ secundū regulas cancellarie. ¶ Secundo si verba in dicto priuilegio papali adiecta. ibi. Etiā si contineatur in eisdē literis hec vel alia similis clausula vt aliqua indulgentia nō obsistat operentur verba derogatoria vt non valeant alie vlteriores litere papales contrarie nisi de illa clausula fiat mentio. ¶ Tertio si in gratia expectatiua per papam paulum modernum dicto de porta concessa fiat mentio de dicta clausula derogatoria in specie vel in genere et si sufficiat generalis mentio vt valeat gratia dicti de porta. ¶ Quarto quid circa premissa operetur motus proprius pape de quo in dicta gratia expectatiua dicti porte fit mentio. ¶ Quinto si valeat collatio dicto porte de dicto prioratu facta per officialē gratianopolis vigore dictarum literarum expectatiuarum cum vacauerit de mense pape. ¶ Sexto si valeat collatio per dictum dominum abbatem cluniacensem dicto roberteti de dicto prioratu facta.

1 ¶ †Ad primum quesitum dico qd dictuꝫ priuilegium cluniacense intelligitur et debet intelligi de beneficijs vacantibus etiam de mense pape quia aliter dictum priuilegium de nullo operaretur qd esset absurdum: verba enim in testamentis de aliquo debent operari. ff. de leg. j. l. si quando. Et etiam in contractibus in. l. si stipulatus. ff. de vsuris. Et q̄ maxime in priuilegijs concessis. l. j. ff. ad municipales. et in. c. in his. extra de priuilegijs et in. c. si papa. eo. titu. lib. vj. quia maioris efficacie sunt verba principum in priuilegijs q̄ testatoris vt no. Cy. in. l. fi. C. si contra ius vel vtili. publicam. in prima. q. et per Bal. et doc. in. l. humanum. ff. de legibus. et hoc de primo,

¶ Ad secundum

2 ¶†Ad secũdum quesitum dico qđ illa clausula: vt aliqua indulgentia nõ obsi
stat habet vim verborum derogatoriorũ vt de ipsis verbis in literis postea in
contrarium concedendis debeat fieri mentio aliter non valeant secunde litere
per ea que plene dicit Bal.in.l.si quis.in principio testamenti.ff.de le.iij.& no.
Jo.an.in.c.j.de cõstitutionibus.lib.vj.in glo.super verbo reuocatione. et facit
in proprijs terminis text.in.c.ceterum.extra de rescriptis vbi non valet secun-
dum rescriptum nisi in eo fiat mentio de primo.
¶Ad tertium quesitum si in literis gratie expectatiue dicti porte fiat mentio
de dicta clausula derogatoria in dicto priuilegio cluniacensi adiecta.Et credo
qđ non saltim specialiter sed generaliter tantũmodo: vt patet ex lectura dicte
5 gratie expectatiue.Super quo videndum est si sufficiat generalis mentio.†Et
arguendo ad partes videtur primo qđ non sufficit generalis mentio de dicto
priuilegio cluniacensi vt probat tex.in.l.j.& ibi not.C. quando imperator inter
pupillos & viduas:quia vbi non fit mentio specialis videtur abesse consensus.
arg.ff.si cautionibus.in.l.sed & si quis.§.quesitum.& in.l.cum acquiliana.ff. de
transac.cum si.In contrarium qđ sufficiat generalis mentio fuisse facta de di-
cto priuilegio cluniacensi.per tex.in.c.j.extra de transac.vbi satis est generali-
ter de prescriptione priuilegijs & similibus generaliter loqui:& illud sufficit ad
validandum transactionem & tollendũ subreptiones que possent opponi pre-
textu taciturnitatis literarum.Ad idẽ facit.c.illa quotidiana.de elec.Et qđ in
literis papalibus que ad beneficia cõceduntur sufficiat clausula generalis nõ
obstantibus &c.dicit expresse Bal.in aut.omnes peregrini.C.communia de suc-
cessio.¶Item dicit Innoc.in.c.que in ecclesiarum.de constitutionibus qđ vbi
conceditur rescriptum vel priuilegium contra ius commune sufficit dicere ge-
neraliter non obstante aliqua lege.Idem tenent Cy.Bar.& Bal.in.l.fi.C.si cõ
tra ius vel vtili publi.Idem videtur concludere Pet.Jac.in tit. de statu curie.
circa fi.Illud enim priuilegium qđ abbas cluniacensis conferat omnia bene-
ficia sui ordinis fuit contra ius commune concessum:quia de iure cõmuni col-
latio omnium beneficiorum spectabat soli pape vt dicit tex.in cle. si duob9. in
fi.vt lite penden.ideo facilius potuit tolli per generalem reuocationem respe
ctu beneficij de quo agitur per ea que dicunt Inno.Cy.Bart.& Bal.in locis.s.
alleg.¶Et hanc vltimam partem puto veriorem salua determinatione alteri9
melius me sentientis:quia papa est dñs omnium spiritualium:nec est aliquis
qui audeat sibi dicere cur ita facit:sed est eidem obediendum in omnibus:vbi
constat de eius voluntate.xxij.dist.c.omnes.&.xix.dist.in memoriam. ix.q.õ. iij.
cũcta per modũ.& in.c.pposuit.de cõcessione pben.& ibi per Hosti.super verbo
cõtra ius.& per hen.bohyc in.c.significasti.de elec.& facit pro hoc qđ dicit gl.in
c.iij.extra de cõsan.& affi.vbi dicit qđ papa potest priuilegium per eũ cõcessum
interpretari prout vult.Et pro hac parte qđ de qua doc. querũt:testator fecit te
stamentũ qđ solũ voluit valere & nullũ aliud nisi in eo esset scripta oratio dñica
vel aue maria.subsequẽter aũt idem testator fecit aliud testm̃ in quo nõ posuit
dictam orationẽ:sed solũ verba gñalia reuocatoria nunquid valeat scdm testm̃
in quo de primo nõ fit specialis mẽtio.doct.determinant qđ sic oẽs indistincte
qñ vnicũ testm̃ pcessit:tũc ei9 videtur de eo fieri mẽtio specialis:& spãliter videt
loqui quis sub verbis gñalib9.vt.ff.de lib.& posthu.l.j.&.l.ij.vbi optime pbat.
et.C.q testa.face.pos.l.hac consultissima.& de hoc no.plene p Bar.post Dy. in.l.si
quis.in principio testamẽti.ff.de le.iij. ¶Et facit p hoc qđ de statuto. quã Dy.
disputauit de primo statuto habẽte clausulã derogatoriã:nũquid p scdm statu
tum cõtinẽs verba gñalia sit sublatũ:& determinat qđ sic vt refert Bal.in.l.hu-
manũ.C.de legib9.de hoc etiã tangit Bal. in aut. hoc inter liberos.C. de testa.

subiungens qd etiam clausule generales tabellionum cassans & irritans suffi-
ciunt. facit. c. ab excõmunicato. extra de rescrip. & qd no. ple. per paulũ in cle. j.
in fi. de sepulturis. qd valeat generalis reuocatio licet de verbis derogatoriis
non fiat expressa mentio etiam in literis apostolicis tenet expresse Jo. an. & Ar-
chi. in. c. cũ aliquibus. de rescrip. lib. vj. & allegant ad hoc multa iura canonica
que recitaui in trac. meo rescriptorũ. ibi: sed quid si in rescripto. in. viij. col.

4 ¶† Ad quartũ quesitum de quo operetur motus proprius pape in dicta gra-
tia expectatiua dicti porte apposita. dic qd operatur: quia tollitur omnis subre-
ptio que cõtra gratiam opponi posset enim talis gratia censeatur ex mera libe-
ralitate pape concessa vt dicit tex. in. c. si motu proprio. in prin. de preben. li. vj.
et ex hoc fortificatur conclusio mea quam feci supra ad tertium quesitum.

¶ Ad quintum quesitum videtur qd non valuerit collatio de dicto prioratu de
thoneio facta dicto porte per dñm officialem gratianopolis vigore dicte gra-
tie expectatiue cũ ille prioratus nõ consueuerit gubernari nisi per monachos
ordinis cluniacensis: cuius ordinis nõ est dictus porte: sed ordinis case dei vt
fatetur in sua bulla. Et si papa mandauerit eum transferri ad dictum ordinem
cluniacensem: non tñ constat qd fuerit adhuc trãslatus: ideo videtur qd dictus
dñs officialis grationo. dictũ prioratum de thoneio eidem porte cõferre non
potuerit. Sed cõtrarium est veritas: quia sufficit qd ipse porte faciat se trãsfer-
ri per cõmissarium suum ad dictum ordinem cluniacensem postq̃ possessionẽ
pacificã dicti prioratus assecutus fuerit vt sonant verba sue gratie expectatiue.

5 ¶† Ad sextum quesitum rñdendo videtur qd valuerit collatio ordinarij facta
de dicto prioratu dicto dño roberteti. Primo quia de mense ordinarij vacauit.
Tum quia ipse dñs roberteti est ordinis cluniaceñ. Tũ quia ipse ordinarius
collator ignorabat prout & adhuc ignorat prouisionem pape dicti porte factã
quia nõ fuit sibi intimata: ideo potuit ordinarius cõferre & valuit collatio per
ea que le. & notan. in. c. dilectus. lo. ij. extra de preben. In contrarium facit: quia
in dicta gratia expectatiua dicti porte subiuncta est clausula irritans & annul-
lans si que in preiudicium dicte gratie expectatiue per quemuis attentarẽtur
scienter vel ignoranter. per que verba cum appareat de mera voluntate pape
fuit sublata ordinario omnis prouisio vt dicit gl. in. d. c. dilectus. ¶ Uideretur
ergo qd hic est locus bulle si neutri. vt papa cõferret dicto dño roberteti si neu-
tri ius competeret &c. super quo cogitandum est: quia scdm bullam dicti porte
non debuit ipse porte transferri ad ordinem cluniacensem donec prius assecu-
ta possessione pacifica beneficij sibi conferendi &c. ideo videtur quod sic neutri
non prodesset.

¶ Summarium.

1 ☞ Pactum legis commissorie est in pignoribus reprobatum.
2 Laudimia non petuntur ex venditione conditionata.
3 Uenditio sine traditione non causat commissum.

¶ Consilium. cxxvj.

DE anno domini. 1469. & die. xix. mensis ianuarij: Joannes sal-
luti cõfessus fuit debere. xvj. florenos ex causa mutui Joanni ro-
landi soluendos a dicta die in tribus annis immediate sequen-
tibus sub obligatione cuiusdam petie prati in instrumento inde
sumpto confinati: sub tali conditione et cum pacto qd casu quo
dictus debitor dictos. xvj. florenos nõ potuerit infra dictos tres
annos extunc prout extunc et econtra vendidit titulo pure venditionis dicto
rolandi creditori dictam petiam prati ad habendum &c. precio dictorum. xvj.
florenorum quos confessus fuit habuisse illo casu, in dictis. xvj. florenis. et

promisit cum iuramento dictam venditionem habere ratam: vt latius constat dicto instrumento. ¶ Et ibidem incontinenti dictus iallutti debitor locauit dictum pratum dicto rolandi creditori ad dictos tres annos &c. ¶ Ex quibus premissis queritur de sequentibus dubiis. ¶ Primo si dictum pactum dicatur pactum legis commissorie quod in pignoribus reprobatur & si confirmetur iuramento. ¶ Secundo si dicta venditio dicatur pura & perfecta vt debeantur laudimia dño directo. ¶ Tertio et si laudimia deberentur ex dicta asserta venditione si dominus directus ea petere possit a dicto rolandi. ¶ Quarto & si non possint peti dicta laudimia a dicto rolandi an saltim ipse dominus directus poterit agere ad commissum contra dictum rolandi qui dictum pratum titulo locerii tenet.

1 ¶ Ad primum dubium dico quod dictum pactum fuit pactum legis commissorie quod in pignoribus reprobatur: sed iuramento confirmatur: vt in .c. significante. extra de pig. Quod intelligo quod iuramento confirmatur: videlicet quo ad obseruantiam iuramenti: non autem quod contractus sit in se confirmatus: ita quod si dictum pactum aliquo titulo postea peruenisset ad manus tertii quod ille tertius non teneretur ad obseruantiam iuramenti: sed posset illum contractum petere & annullari et reuocari. ita dicunt & tenent communiter doc. vtriusque iuris: vt plene dixi supra consilio .lxxix. et consil. lxxxi. et ibi sufficiat remissio causa breuitatis.

2 ¶ † Ad secundum dubium si dñs directus dicti prati possit ex dicto contractu petere laudimia & venditiones a dicto rolandi creditore. & dico quod non: quia dicta venditio non fuit pure sed conditionaliter facta: videlicet si dictus ioannes iallutti debitor dictos .xvi. floren. non soluerit dicto rolandi creditori infra dictos tres annos: quod tres anni nondum sunt effluxi soluendo enim dictos .xvi. florenos infra dictos tres annos contractus habebitur pro non facto: ideo nulla laudimia de presenti debentur donec deficiente conditione. videlicet si non soluerit dictos .xvi. florenos infra dictos tres annos vt dicit Bar. in .l. vbi .§. sed & marcellus .ff. de in diem adie. ¶ Ad tertium quesitum si laudimia deberentur an ipse dñs directus bene de presenti agat contra dictos rolandi ad dicta laudimia. dic quod non: quia hec est actio personalis que non sequitur fundi possessorem: & non habet dñs directus remedium nisi ageret ad commissum vt dicit Pet. iac. in ti. de actio. in rem que pro re emphi. que cecidit in commissum competit.

¶ Sed an dictus dominus directus poterit agere ad commissum contra dictum rolandi qui tenet dictum pratum. & nunc subintro quartum quesitum. super quo dico quod non. Primo quia non fuit facta pure venditio vt supra circa secundum dubium.

5 ¶ † Secundo quia non interuenit traditio dicti prati: quia solus contractus venditionis non causat commissum nisi traditio [a] interueniat: nec sufficit ficta traditio vt plene dixi in decisio. parla. questio. ci. ¶ Et si dicatur quod dictus rolandi dictum pratum possidet. Ad hoc respondeo quod ipse rolandi non possidet: sed verius dictus iallutti assertus venditor causante dicta locatione de ipso prato dicto rolandi per dictum iallutti

a ¶ Nisi traditio interueniat. si commissum causetur ex sola venditione vbi non interuenit realis traditio. vide etiam de hoc. s. consilio .xlvi.

facta iuxta.l.quod meo.in prin.ff.de acqui.posses.et.l.quedam mulier.ff.de rei vend.cum multis si.

¶Summarium.

1 ¶Maritus an teneatur alere uxorem secum non morantem.
2 Actio funeraria differt ab actione alimentorum.
3 Uxori licet fugere marito eam acriter verberante.

¶Consilium.ccxxvij.

OE hoc anno dñi currēte. M.cccclxx. et de mense iulij corā magnifico et potēte viro domino soffredo alamandi domino castri novi marescalo dalphinatus fuit mota causa ex cōmissione specialiter sibi facta per dominum nostrum regē inter nobilē petruz trognioni thesaurariū provincie ex una parte et dñam eius uxorē ex altera super eo ꝙ dict⁹ dñs thesaurarius fecit summari, et requiri dictaz eius uxorem de presenti cōmorantem in loco de Lopia in valentia ꝙ vadat moratura in loco de aquis in provincia cum dicto eius viro dicta uxore renuente et dicēte ꝙ ipsa non intendit cum dicto eius marito morari. et petit dictū eius virū condēnari ad sibi prestandū alimenta ſm facultatem sue dotis.

1 ¶†Circa quod vidēdū est si de iure ipse maritus teneat dicte sue uxori dicta alimēta prestare [a] ipsa stante seorsum a dicto eius viro. Super quo Ang.de perusio in.l.si cū dotem.in §.sin autem in seuissimo.ff.so.matri. ut ibi refert dominus iacobus de puteo. sic dicit. ꝙ aut mulier stat cum viro et tunc maritus tenetur ei alimenta prestare sive quantitas redditum dotis ascendat ad alimenta sive non. Idem et eodem modo si culpa mariti mulier stat seorsū a marito. Si vero culpa ipsius uxoris ipsa habitat seorsum a viro tunc vir non tenet prestare ei etiā usque ad quantitatem dotis. Si vero neutrius culpa tunc videt ipse angelus sentire ꝙ tenetur prestare usque ad quantitatem dotis ut in dicto §.sin autem. Si tamē uxor promiserit dotem et eam non dederit viro: sentit Bald.in.d.§.si autem ꝙ marit⁹ non tenebitur eam alere. ut in §.illud in autē.de non eligēdo secundo nubentes. quod pōt esse verū si ipsa uxor potest sibi dare et non dat, alias vero nō esset imputandum aliquid uxori immo plus dici posset ꝙ esset alenda si sciens se pauperē dotē promisisset. licet videat obstare.l.j.ff.de iure dotiuz. sed in alio casu loquitur. Et ex istis limitat §.si quis em.in autē.de nup. Dicit etiam Bar.in dicto §.sin autē ex mente Jac.de Are. quod sicut uxor habet bona mariti obligata pro dote sua: ita etiam habet ea obligata tacite pro alimentis. allegat.l.lucius.ff. qui po.in pig.habe. Et ibi Bart. visus est sentire oppositum: super quo videatur in Spec.in titu.de dona.inter virum et uxo.in §.fi.versic.sed nunquid. ¶Ad unum tamē est advertendū qđ.l.si nulla. allegata per glo.in.d.§.sin autē.super verbo quantitatē

a ¶Alimēta pstare. sic qñ maritus teneat alere uxorē. vid ēt Bar.l.l.si cū dotez §.sin autē i novissimo.ff.sol.ma. et in dci. parlamē. q. ccccxxix.

2 non †bene facit ad propositū volens equiparare actionem funerariam actioni alimentorum. nam in actione funeraria semper maritus tenetur funerari facere uxorem iuxta quantitatē dotis: et habita ratione parafernalium que habet uxor. Unde

si uxor haberet mille in dotē:et haberet mille in parafernalib⁹ expensa funerū est fienda pro dimidia parte a marito:⁊ pro dimidia ab heredib⁹ mulierū.l.cel sus.cū se.ff.de religiosis ⁊ sumpti.fune.Ita dicit dñs Ja.de puteo.ff.sol.matri. in.l.si cū dotem.in.§.finantem in fi.¶ Sed si uxor stat in domo viri indistincte est alenda ab ipso viro de redditibus ipsius dotis etiam si non ascendant ad quantitatem alimentorū.Et ita etiam seruat hodie communis consuetudo.Et
3 premissa refert dictus dominus Ja.de puteo in.d.§.finantē.¶†Circa hāc materiam al's scripsi in decisionibus parlamenti.q.ccccxxxix.vbi dixi qđ si marit⁹ acriter verberet vxorem licitum est vxori fugere ⁊ debet alimentari extra domū viri sumptibus ipsius viri ſm Cyn.et Dyn.in.l.qđ in vxorem.C.de nego.gest. Secus si vxor recederet sua culpa vt no.extra de diuortijs vt in.c.significasti.⁊ ponit in.l.quamuis.C.de legatis.¶An autem pater teneatur alere vxorē filij sui.docto.quod sic per textum in.l.si filia.in.§.hoc amplius.ff.fa.herciscun.et not.gloss.et Barto.in.l.si quis a liberis.§.non tantum.ff.de liberis agnoscendis.

¶Summarium.

1 ☞Aratio non spoliationem sed possessorij turbationem inducit.

¶Consilium.cxxviij.

NObilis Jacob⁹ gentonis in curia gray sinodani intentauit remedium statuti si quis per literas contra petrū druiati mandamēti mōtis bonodi petendo se reintegrari in sua possessione cuiusdā terre qua ipse nobilis Jacobus dicebat se spoliatum per dictū petrum druiati:quia pretendebat idem nobilis Jacobus quod dictus petrus druiati arauerat terram dicti nobilis Jacobi.et in suis literis expositorijs a dicta curia obtentis subiunxit talia verba exposuit nobilis Jacobus gentonis quod licet ipse sit et iam certis annis decursum fuerit in possessione ⁊c.Modo queritur si hoc casu locum habeat dictum statutum si quis.

1 ¶†Et dicendum est indubitanter quod non.Primo quia arando dictam terrā non spoliauit dictum nobilem Jacobum:quia per hoc non inducitur spoliatio:licet bene turbatio possessorij vt dicit textus in.l.vim facit.ff.de vi et vi arma.et tetigit plene in dicto statuto si quis.in glo.super verbo vel quasi.in.vj.colum.¶Secundo quia dictus nobilis Jacobus in dictis suis literis expositorijs dicit et fatetur quod ipse est in dicta possessione per illa verba quod licet ipse sit ⁊c.Quia ex quo dicit se in possessione non pōt in eadem restitui neq; poni:quia plenum non recipit magis plenum.l.si te solum.ff.de heredi.instit.et alibi dicitur quod adiectione non indiget plenitudo.vj.qō.j.c.si omnia.et not. guillelmus de mōte lauduno in cle.causam.super verbo.nisi plena de electio. ita consului.

¶Summarium.

1 ☞Inuentarium quando dicatur legitime cōfectum.
2 Sententia valida non fertur super id quod inepte petitur.
3 Mulier potest domum viri detinere donec sibi de dote eiusq; augmento satisfiat.
4 Jura et actiones vendi possunt.

¶Consilium.cxxix.

PRocessus fuit inchoatus in curia communi grationopolis in manibus Claudij moneriū de anno domini. M.cccclxix. et die quarta mensis maij. ¶ Ad instātiam petri ⁊ aymari morlieti fratrum super inuentario ⁊ declaratione bonorum que quondam fuerūt guigonis morlieti fratris dictorū petri ⁊ aymari i qua causa fuit inter ceteros ius habere pretendentes in dicta hereditate citata iordana: relicta dicti quondam guigonis morlieti. Contra quam iordanā dicti petrus ⁊ aymari petitionem fecerunt ⁊ ab ea in dicto processu petierunt quod dicta iordana vacuet domum que quondam fuit dicti guigonis morlieti eius quondam mariti sitam grationopoli in carreria de palierey: iuxta. domum dictorū petri ⁊ aymari ex vna parte ⁊ heredes nobilis Joannis grinde possident de retro domus Joannis borrelli coheret ex alia parte ⁊ dicta carreria a parte anteriori ⁊ dictam domum expediri dicto aymaro vt inuentariū cōpleri possit. ¶ Aduersus quam expeditionem domus vt appareat non esse fiendā tradidit dicta iordana ⁊ similiter dñs Joannes pape ⁊ franciscus eius frater emptores dictorum iurium quandā cōparitionē articulatā incipientē in hac causa interueniendo ⁊c. ¶ Ex quibus ⁊ alijs ex dicto processu apparentibus resultāt dubia sequentia in iure examinanda pro declaratione iuris et intentionis dicte iordane ⁊ habentiū causam ab eadē. ¶ Primo si dictū inuentariū fuerit fm iuris formam per dictum petrum et aymarum fratres confectum. ¶ Secundo si dicta petitio per dictū petrū ⁊ aymarū contra dictā iordanā facta sit inepta vt super ea nō possit sequi sententiam preterꝙ absolutoria. ¶ Tertio si ipsa iordana que mortuo dicto guigone eius viro se reperit infra dictā domum potuerit eam retinere iure hypothece. Donec eidem esset solutum de suis dote ⁊ augmēto dotis sibi debitis per dictum eius quondam virum. ¶ Quarto si dicta iordana postea potuerit vēdere cedere ⁊ remittere dictas suas actiones ⁊ ius sibi in dicta domo competens domino Joanni pape legum doctori ⁊ frācisco pape eius fratri prout ⁊ fecit vt in dictis articulis pro parte dicte iordane et dictorū pape fratrum in dicta causa traditis deducitur. ¶ Quinto si dicti pape fratres cessionarij ⁊ emptores dictorum iurium possint etiam dictam domum retinere donec eisdem fuerit solutum de dictis dote ⁊ dotis augmēto. ¶ Sexto si fructus dicte domus debeant in sortem dicte dotis eisdem iordane ⁊ pape computari. ¶ Septimo si dicta domus possit a dicta iordana reuendicari: attento qđ ipsa in dictis suis articulis nominauit emptores dictorum iurium et possessores dicte domus videlicet dictos pape fratres.

1 ¶ † Ad primū questitū si dictū inuentariū fuerit valide cōfectū. ad qđ respondeo qđ non cum ipsi fratres heredes non se subscripserint: nec quis notarius procis in fine ipsius inuentarij: prout fieri debebat de substantia ad validationē talis inuentarij: per textum in. l. sancimus. §. si autem dubius. C. de iure deli. ibi: subscriptionē aūt supponere heredē necesse est ⁊c. vbi tex. supponit necessitatē heredi se ibi subscribēdi. ibi in tex. dū dr: necesse est. ⁊ rō vrgēs ibi ponit in tex. ibi: significātē ⁊c. Et ꝙ talis subscriptio per heredē fiendā sit de necessitate fiēda: vt valeat tale inuētariū. dicit exꝑsse Ang. de perusio. in aut. de here. ⁊ fal. l. §. si vo expressim. col. j. vbi ipse do. Ang. ponit formā inuētarij. ⁊ omissio talis subscriptiōis heredis reddit totū inuētariū nullū acsi nūꝙ fuisset factū. ⁊ forma a lege statuta seruari dz nec ab ea pōt discedi. l. ꝯstitutiōib⁹. ff. ad municip. ⁊ l. cū hi. §. pto: ff. de trāsac. Maxie qñ forma estdata ⁊ ordinata ad solēnitatē alicui⁹ act⁹: vt i casu isto: qꝛ si aliqd de solēnitatib⁹ a lege ordinatis omittatꝛ tot⁹ act⁹ vitiatꝛ: ꝑ tex. i. l. j. ibi: infirma eñ erit vēditio si hec fuerit forma neglecta. C. de pdi. curia. lib. x. facit. l. j. ⁊. ij. C. sine cen. vel reli. facit ēt. l. j. C. de fide instru. et

iur.ha.fisca.lib.xi. Et est talis actus nullus ipso iure. iuxta.l. non dubium.C.de legi.& ponit Bar.in simili in.l.j.in.iij.col.ff. de testa. ¶ Ex alio etiã capite dictũ inuentariũ est nullũ & nulliter confectum: quia loco absentium creditorum et ius habere pretendentium citatorum nullus fuit subrogatus: quia licet in cedula que incipit consideratis &c.nominentur Petrus de asterijs/ Nicolaus legerij & Franciscus argondi loco absentium: non tamen apparet in actis processus in prima dieta/ qua dicta comparitio fuit tradita quod dicti de asterijs/ legerij et argondi fuerint presentes in iudicio tempore traditiõis dicte cedule incipientis consideratis &c.ideo ex hoc alio capite dictum pretensum inuentarium subiacet vitio nullitatis & habetur pro non facto: vt declarat glos.in.d.l. sancimus.in.§. sin autem dubius.super verbo ceterorum quoq3 &c. et probat tex.in auth.sed cum testator.C.ad le.fal.vbi additur hec solẽnitas vltra alias solennitates.de quibus habetur in.d.l. sancimus.C.de iure deli. Et est tale inuentarium in totum nullum etiam quo ad absentes creditores: vt appetit text.in.d.auth. sed cum testator. ¶ Item etiam non debent dicti morlieti fratres gaudere beneficio dicti inuentarij cum debitũ in quo ipsi tenebantur dicto quondam Guigoni merito dicte iordane celauerint et eum in dicto inuentario non reuelauerint: vt plene fuit deductum pro parte dicte iordane in dictis suis articulis incipientibus/licet pars aduersa &c. Ita dicunt glo.et Ja. de bello viso.in auth.de here.et fal.in.§.si vero non fecerit. colum.j.idem etiam tenent Dy.Ray.& Bar.in.l.rescriptum.ff.
a de his quibus vt indig.& ita pertransit Salycetus[a] in dicta.l. sancimus.C.de iure deli.& in auth.sed cum testator.C.ad le.fal. ¶ Nec possunt se excusare dicti morlieti fratres aliqua ignorantia cum ipsi non essent illi qui se obligauerant soluere dicto quondam Guigoni morlieti quinquaginta florenos in dictis articulis mentionatis: imo oportet necessario dicere quod circa illud pretensum inuentarium dolose versati sunt: cum ipsi illud debitum scirent & non reuelauerunt in dicto inuentario.ar.l.qui non facit.ff.de regu.iuris. Nec protestatio adiecta in dicta cedula partis aduerse dum ibi dicitur quod ipsi fuerunt protestati posse addere: intelligitur de his que nõ deuenerant ad eorum notitiam.sed dictum debitum quinquaginta floreñ.deuenerat ad eorum notitiã.igitur &c. ¶ Et premissa tãgo circa inualiditatem inuentarij: vt appareat ex hoc primo capite qđ dicti petrus & aymarus morlieti fratres male petant euacuari dictam domum: de qua agitur per dictam iordanam: vt ipsi fratres possint dictum inuentarium cõplere quia complementum non prodesset cum ipsum inuentarium fuerit nulliter inchoatum: ideo non debet tale cõplementum expectari: ex quo dictum pretensum inuẽtariũ nõ validaretur.
2 ¶ †Ad scđm quesitũ respõdẽdo dico qđ dicta petitio quã fecerunt dicti Petrus & aymarus fratres in dicto processu petẽdo quod dicta iordana vacuet dictã domum dicto aymaro: vt dictum inuentarium cõpleatur est inepta & inciuilis: & nõ potest

a ¶ Salycetus. de hoc vide plenius in tractatu meo de inuẽtario. & plenius.§.25.xlij.

sententia valida super ea ferri cum in ea peruertatur iuris ordo petendo dictã domum sibi expediri antequam fuerit sibi adiudicata.l.j.C.de executione rei iud. Et alibi dicit Bar.quod talis petitio reprobatur vbi petitur res contentiosa primo expediri quam adiudicari.ita dicit Bar.in.l.si cũ nulla.in fi.ff.de re iud. ¶Ex alio etiam et secundo capite male petunt dicti morlieti fratres petendo dictã domũ eis expediri pro complendo dictum assertum inuentarium. Quia ipsi fratres dicunt et fatentur dictum inuẽtarium iam esse completum: vt patet in processu in dicta tenta die.xij.mensis Junij et in diuersis alijs passibus dicti processus.ideo male petunt cum plenum nõ recipiat magis plenum: vt in.l.si te solum.ff.de here.insti. ¶Item ex alio et tertio capite male petunt dicti morlieti fratres dictã domũ sibi expediri pro cõplendo dictum pretensum inuentariũ: quia cum fuerit nulliter inchoata non potest cõpleri: vt etiã supra tetigi circa primum quesitũ.in fi.etiã quia ex nullo nihil sequi debet. ¶Itẽ etiã eorũ petitio nõ est admittenda sed reijcienda: quia circa principiũ dicti processus dicti duo fratres Petrus et Aymarus petierunt dictam domum sibi expediri per organum dicti robũdi: vt patet in dicta tenta die.xvij.mensis Junij.Mcccclxix. Et postea per organum eiusdem robundi eorũ procuratoris ipsi non petunt dictã domũ expediri nisi dicto Aymaro: vt patet in alia dicta postea tẽta in dicto processu die sabbati octaua Julij.et sic tanquam contrarij veniunt repellendi ab eorum petitione dicte domus.l.vbi repugnãtia.ff.de reg.iu.et.l.scripture.cum ibi not.per gl. C.de fide instrumen.

3 ¶†Ad tertium quesitum si dicta iordana pro dictis suis dote et dotis augmẽto possit iure hypothece dictam domum retinere donec sit eidem de dictis suis dote et augmento dotis solutum. Ad hoc respondẽdo dico quod sic: nec potest ipsa domus ab ea remoueri donec sit eidem solutum per dictos heredes: per ea que dicit Bar.volens quod secũdus creditor si possideat rem sibi hypothecã habeat ius retẽtionis: etiam aduersus antiquiorẽ creditorẽ.vt.l.qui generaliter. ff.qui po.in pig.ha. Et quod mulier possit vti iure retentionis in rebus viri sibi hypothecatis fauore dotis.dicit dñs Jacobus de puteo in.l.filio.in prin.ff.solu.ma.tenet Bal.in.l.pignoris.C.de pig. act. Jmo etiam posset dici idẽ in alio casu non fauorabili: vt in re locata cui successor particularis: puta emptor habet necessario eidem locationi stare vbi dñs tẽpore locationis hypothecauerat cõductori rem locatã quo casu cõductor põt rem sibi locatã retinere iure hypothece donec finito tempore locationis.ita dicit et tenet Bar.in.l.emptorẽ. C.locati.et in.l.j.§.quod ait.ff.de superficiebus. Jdem etiã tenet dictus dñs Jacobus de puteo in dicta.l.si filio.§.si vir.ff.so.matri. Jdem etiam tenet dñs Jo. ferrarij in titulo forma libelli quo agitur ad facti prestationem: super verbo soluere neglexerit.licet ipse ferrarij ibi dicat quod prestando interesse possit cõductor expelli a domo vel alia re conducta. Sed dominus Jaco.de puteo in.d.§.si vir. dicit quod communis opinio est in contrarium. super quo etiam vide que dixi in decisi.parlamenti.q.cccclxxx.

4 ¶†Ad quartũ quesitũ si dicta iordana potuerit dictis pape fratribus dicta sua iura et actiões vẽdere et cedere.dico quod sic per tex.in.l.j.ibi.nobis aũt vẽditio etc. C.de noua.et ibi etiã in gl.super verbo solet.fit mẽtio quod cessio fieri potuerit sicut et vẽditio.probat hoc etiã tex.in.l.nomina.ff.de here.vel ac.vẽ.et facta emptione statim pertinet periculũ ad emptorẽ.l.necessaria.in fi.et.l. quod si pẽdẽte.ff. de periculo rei vẽ.et ponit do.Jaco.de puteo in.l.menia.ff.so.ma.maxime quia in dicto cõtractu dictorum vẽditiõis et cessionis dictarũ actionũ interuenit preciũ.xxx. floreñ.Jdeo nõ põt presumi simulata.iuxta.l.per diuersas.ibi: nõ solutarũ pecuniarum etc.C.mãdati.Jmo etiã officiũ iudicis restitutio in integrũ: actio in

iuriarum: interdictū retinēde ꝛ rei vēdicatio possunt alteri cedi: ꝛ transeunt vtiles actiones in cessionariū ad effectū agēdi: vt plene de istis actionibus tetigi in statuto si quis per literas in gl. super verbo. vel quasi. in .x. col. ¶ Nec pōt dici dictos pape fratres emisse rem litigiosam: quia ipsi emerūt dicta iura ꝛ actiones ante inchoationē dicti processus. ¶ Nō obstat etiaꝫ si diceretur qꝺ ſm statutū Dalphi. nouissime factum per dñm tunc gubernatorem cessiones sunt prohibite: qꝛ hoc posset intelligi de simplici cessiōe: sed hic agitur de cessione facta ex cā venditionis. ¶ Item etiā pōt dici qꝺ illud statutum factū pro parte Dalphini non ligat ciues huius ciuitatis: quia nō fuit approbatum per dominum episcopum Gorationopolitanū cō dominū in temporalibus presentis ciuitatis Grationopolis. et sic non debet seruari in dicta curia cōmuni Grationopolis. ¶ Item etiam si non valuerit cessio remanet dicte iordane cedenti: que etiam in hac causa se opponit expeditioni dicte domus. ¶ Non obstat etiam quia res dotales prohibentur alienari: qꝛ cum iuramentū dicte iordane in dicta venditione interuenerit ipse contractus fuit conualidatus: ꝛ tenentur iudices tēporales illam venditionem iuratam seruare: vt in .c. licet mulieres. de iureiur. lib. vj.

5 ¶ † Ad quintū quesitū dico qꝺ dicti pape fratres emptores et cessionarij dictorū iurium possunt etiam iuridice dictā domū iure hypothece retinere: ꝛ cōpetit eis ius retinēdi: qꝛ per dictā cessionem trāslate fuerūt in ipsos actiones vtiles que sunt potentes ad agendūꝫ: ꝛ multomagis ad excipiendū vt plene per Bar. in .l. facta. §. si heres. ff. ad treb. ꝛ faciunt ea que leg. ꝛ no. per doc. in .l. iij. C. de noua.

6 ¶ † Ad sextum quesitum si fructus dicte domus [a] cōputabuntur in sortē dicte dotis solute et superuite: ꝛ videtur quod sic per c. cum contra. G. extra de pig. Sed contrariū est veritas in casu/de quo hic agitur fauore dotis. nam si gener teneat bona soceri pro dote iure hypothece/donec sit sibi de dote solutum: ipse socer non computat fructus in attenuationeꝫ dotis: vt in c. salubriter. extra de vsuris. Idem etiam si soluto matrimonio vxor pro dote sua teneat bona mariti iure hypothece: quia nec etiam sibi computantur fructus in sortem. ita dicunt Inno. et Hostiē. in dicto capitulo salubriter. ¶ Sed quia hic agitur de quadam domo possit fructus consisti. dic qꝺ sic ratiōe habitationis: quia si heredes viri eam tenerent possent dictā domuꝫ locare duobus florenis in anno. vel etiam si ipsa iordana alibi mansioneꝫ suā faceret: solueret de loerio anno quolibet duos vel tres florenos ita qꝺ huius occasione in illa domo de qua agitur consistit fructus. l. si quis. §. siue autem. ff. cōi diuidun. Ita notat Bal. in feu. in titulo de prohibita feudi alienatione per Frede. in §. preterea. ibi pone comes decessit. ꝛ de hoc etiā tetigi in statuto si quis per literas. in glo. super verbis restituetur deiectus. circa principium.

[a] ¶ Fructus dicte dom⁹. si i fructib⁹ debeāt cōputari sine deducis sumpt⁹ necessarij vide Ja. de pu teo. ff. so. ma tri. in .l. insu lā. §. fruct⁹.

8 ¶ † Ad septimū quesitū si dicta iordana possit rei vēdicatione cōueniri pro dicta domo attēto qꝺ nominat possessores: dubiū

facit: quia ipsa moratur infra domū licet precario nomine dictorum pape fratrum. fa. per quo vide que dixi supra in tertio consilio. in principio.

¶ Summarium.

1 Actio an dicatur criminalis qua petitur quis puniri in pena pecuniaria fisco applicanda.
2 Processus an possit dici nullus ex curatoris defectu.
3 Ratificatio patris post litis contestationē accedēs nō recōualidat iudiciū nullum.

¶ Consilium .cxxx.

Nobilis Joannes de monte orserio condominus de sigoerio de hoc anno domini .Mcccclxx. denūciauit inquestā corā iudice suo contra Joannez martini filium claudij martini: in qua inquesta concludit ad duo. primo qđ ipse Joānes cōdemnetur ad sibi soluendū mille scuta auri pro iniuria quā sibi pretendit illatam per dictum Joannem. Secūdo instante suo asserto procuratore fiscali petit dictum Joannem puniri et corrigi pro pretenso delicto in dicta inquesta declarata Opponitur pro parte dicti Joānis. qđ processus est nullus. Primo quia cum agatur ibi criminaliter petendo dictum Joānem puniri et corrigi fuit necessarium tutoris auctoritatē interuenisse. Secundo qz processus fuit inchoatus cōtra ipsum Joannem: et respondit sine licentia paterna. Et si post litis cōtest. licentia paterna interuenerit cum ratificatione gestorum qđ non valuit ipsa ratificatio. Ex quibus queritur de sequētibus. ¶ Primo si in dicto processu agať criminaliter ↄtra dictū Joānez martini in eo qđ etiā petiť puniri et corrigi et pena ipsi dño qui se gerit pro fisco applicari. ¶ Scđo si requirebatur curatoris auctoritas cū ipse Joānes sit minor .xxv. annorū attento iuramēto per eū prestito in constitutione sui procuratoris: vel si sufficiat patris auctoritas. ¶ Tertio et si sufficiebat patris auctoritas que non interuenit ante litem cōtest. si ipse pater potuerit iuridice ratificare. ¶ Quarto si in dicta inquesta potuerit concludi ciuiliter et criminaliter.

1 ¶ † Ad primū si ex eo qđ in dicta inquesta ipse Joānnes petiť puniri et dicta pena mille scutorū auri ipsi dño loci, vł fisco applicari dicať criminaľr. agi. dic qđ sic. vt videť tenere gl. in l. iij. super verbo aureorū. ff. de sepulchro violato. que glo. approbať per Inno. in .c. qualiter. lo. ij. in glo. qñ agiť &c. extra de accusa. Et alibi dicit glo. qñcunqz agaťde crimine: siue ad imponēdā penā parti: siue ad applicandā fisco diciť agi criminaliter: qz de crimine agiť. ita no. in .l. lex cornelia. in prin. ff. de iniurijs et pro hoc facit .c. tue. extra de procuratoribus. et de hoc tetigi in statuto si quis per literas. in glo. super verbo fisci. in fi.

a ¶ Patris auctoritas. si filio i iudicio interueniendi sufficiat pris auctoritas: vel debeat dari curator ad lites.

2 ¶ † Ad scđm si defectu curatoris dictus processus possit dici nullus: et si sufficiat dicti patris auctoritas a circa qđ dic aut filiusfamilias conueniť super re in qua pōt patri aliquid queri: et tunc patris auctoritas sufficit: vt per gl. in .l. j. C. de bo. ma. vbi dicit gl. qđ datur procuratori filiꝰ patre auctore: qđ intellige

cuiuscunque etatis sit.l.cum non solum §.nisi aute in bonis.C. de bo.que libe. Aut conuenit sup re qui no pertinet ad patre: vt in obligatione criminali tuc patris auctoritas no sufficeret: sz daretur curator ad lite: vt probat in.l.clarum.C.de auc.pstan. et in.c.fi.extra de iusti.lib.vj. Idem etiam tenet Bar.in.l.fi.ff. de verb.obli. Et qd in his requirat curatoris auctoritas p filio familias.no.etia Archi.in fi.super verbo dependetibus.extra
a de iudi.lib.vj.z.xv.q.iiij.c.de crimine [a] z ide in causis spiritualibus no sufficit patris auctoritas: sed datur curator ad lites: vt per Archi.in.d.c.fi.de indi.lib.vj. ¶ Nec obstat si dicatur q filiofamilias existenti in patria potestate non datur tutor vel curator: quia non datur psone sed liti.vt in.d.c.fi. ¶ No obstat etiam si dicatur quod valet iudicium minoris cum iurameto etiam sine curatoris auctoritate.vt dixi in deci.parla.q.xxxv. quia ad hoc potest dici qd illud est verum in causis ciuilibus: secus in criminalibus vt hic: in quibus est maius periculu: io cautius est subueniedum: ne talis minor sua imperitia vel iuuenili calore aliquid dicat vel taceat quod si fuisset prolatum vel expressum prodesse ei poterat. Ista ratio redditur in textu in.d.l.clarum.in fi. Uel potest et secundo dici quod in casu de quo hic agitur no fuit dictus ioannes martini minor de priui legio in talibus minoribus concessit in.d.l.clarum certiorat[9]; ideo non tenet iuramentum quia non creditur ad incogitata nec ad ius: qd ipse Joanes minor ignorabat. Ideo opz intelligere doctores in hoc casu de iurameto loquetes qd iurametu representet minorem in ciuilibus tantummodo: qz in criminalibus remanet ratio phibitiua.de qua in.d.l.claru.ideo cum iuramentum no faciat illa ratione cessare: oportet dicere quod ipsa.l.claru remaneat z sei uet in sua dispositione. ¶ Uel tertio potest respoderi quod tempore quo ipse Joanes rndit dicte inqueste sibi no erat prouisu3 de curatore nec procuratore nec de cosilio paterno z ab oibus istis erat ipse Joanes totaliter destitutus tpe quo ipse respodit dicte inqueste: z auctoritas patris postea si perueniens no puidit dicto Joanni minori de indemnitate ipsius circa ea que ipse confessus fuit et in dicta sua responsione et quem errore, ipse Joannes in suis articulis defensionalibus petit reuocari. ¶ Preterea no est omnino expeditu quod iudicium minoris etiam in ciuilibus firmetur, iurameto sine auctoritate curatoris: quia multi alij doctores tenent quod immo tale iudicium factum sine curatorum auctoritate non firmatur iuramento.
5 ¶ †Ad tertiu quesitu patet clara responsio q ratificatio patris superueniens post litis contestatione z responsione titulorum non recoualidauit iudiciu: quia cum dictum iudiciu gestu no fuerit nomine ipsius dicti claudij patris ipse non potuit ratis
b ficare [b] gesta in ipsa causa per dictum Joannem eius filiu.tex. est in.c.ratum.de regu.iur.lib.vj.cum simi.et tenet glo.in.l.cu oportet.C.de bo.que liberis.
¶ Ad quartum quesitu si dict[9] nobilis Joanes de mote orserio possit petere mille scuta pront petit pro sua pretensa iniuria

a ¶ De crimine.et ibi vide casus i quib[9] minor pot esse i iudicio sine auctoritate tutoris vel curatoris.

b ¶ Ratificare.de ratihabitione de q operet.vide extraordinarie p Bar.ff. de vi z vi ar. l.j.§.sed et si super verbo habeo.z ibi glo.

a dicto Joanne martini & vltra qđ .p.ipsa iniuria puniatur: Uide de ysernia in feud. in ti. de pace iuramento firmanda. in. vj. col. Uide etiam Hosti. in summa in tit. de iniurijs & damno dato. in. §. fi. in fi. ibi: sed illud notabis. &c.

¶ Summarium.

1 Consuetudo quod primo nati succedāt qualiter probetur.
2 Probatio semiplena an sufficiat in consuetudine probanda.
3 Consuetudo qđ primogenitus in totū succedat an sit valida.
4 Consuetudo vt inducatur non est necesse quod in iudicio cōtradictorio indicetur.
5 Consuetudo quanto prescribatur tempore.
6 Consuetudo contra ius prescribitur.
7 Consuetudo quod primo natus in vna agnatione succedat introduci potest.
8 Jus francorum alicubi vigere qualiter probetur.

¶ Consilium. ccxxj.

Circa processum reuisionis qui de p̄senti pendet et ventilatur in curia parlamenti inter magnificum & potentem virum dn̄m soffredum alamādi militem dn̄m castri noui & vriatici ex vna parte & nobiles & potentes viros aymonem et guigonem alamandi fratres ex altera/videntur cōsideranda sequentia. ¶ Primo si in processu diffinito per dictā curiam parlamenti de cuius reuisione agitur/probauerit ipse dn̄s soffredus alamandi per testes aut al's qđ primogenitus semper consueuerit insolidum succedere in dicta terra vriatici etiā stātibus alijs liberis masculis. ¶ Scđo si in probāda consuetudine sufficiat semiplena .pbatio. ¶ Tertio si valeat ꝯsuetudo qđ primogenitus succedat in totū etiam stantib⁹ alijs liberis masculis. ¶ Quarto si fuerit necesse dicto dn̄o soffredo probare qđ vigore dicte cōsuetudinis fuerit obtentum in contradictorio iudicio. ¶ Quinto si potuerit dicta ꝯsuetudo introduci qđ primo natus in totū succedat cū nō probetur in dicto processu qđ in actione que dudū cōtigerūt alij fratres de dicta agnatione alamandorum se opposuerint siue contradixerint. ¶ Sexto si in illa sola agnatiōe alamandorū se potuerit inter eos dicta cōsuetudo introduci. ¶ Septimo videndū est de effectu snie late in parlamēto in qua fuit declaratū dictū aymonē et guigonē venisse ꝯ trāsactionē & pacta facta inter ipsos tres fratres parisius inita & cōuēta. ¶ †Ad primū quesitū dico qđ .p dictū processum diffinitū de cui⁹ remissione inter dictas partes agitur sufficiēter extitit probatū: qđ in castro & terra vriatici succedere ꝯsueuerūt primo nati^a etiā stantib⁹ alijs liberis masculis ita deponit antoni⁹ reuoyre etatis. lxxx. annoꝝ examinat⁹ sup fo. cxvij. primo articuloꝝ dicti dn̄i soffredi incipiētiū acceptādo &c. Idē de cōsuetudine deponit sup dicto p̄io articulo Guillermus rossini etatis. c. annoꝝ. fo. cxxiiij. Et idē guigo guberti super eodem articulo etatis. lxx. annoꝝ. fol. cxxiij. verso. isti tres deponunt de dicta consuetudine licet duo testes sufficerent ad probandum cōsuetudinem vt dicit et tenet

a ¶ Primo nati. Uide de ysernia in feu. i ti. de .p hi. feu. alie. .p frede. i. c. a ĩperialem. in xv. col. i. §. p̄terea ducat⁹. & in tit. qb. mo. feu. acqrit. in. ij. col.

Jo.fab.in §.ex non scripto.insti.de iure nat.gen.⁊ ciui.per.l.vbi nunc.ff.de testi.Idem dicit do.Ray.de sabonaco in sua repetitione.l.consuetudinis.C. que sit longa consue.in.xxvj.questio.licet curia francie recipiat.x. testes. in turba vt refert ipse Joan.fabri. Nec fuit necesse ꝙ dicti testes deposuerant in quibus casibus nec inter quas personas quia leges loquentes de consuetudine hominum non dicunt:sed tantummodo dicitur fuisse sic obseruatum: nec dicunt inter quos:⁊ tamen hoc tanꝙ efficax ad decisionem adducunt in.l.fina. ff.ad.l.iuliam maiestatis.ibi:dum dicit nostro tempore ⁊c. ⁊ in clemen.sepe. deverbo.significa.⁊ in multis alijs iuribus que de obseruantia loquuntur. ⁊ maxime cum super hoc non fuerunt interrogati.vt dicit Joan.fab.vbi.s. per l.solum.cum ibi nota.C.de testi.⁊ si bene attendatur ad depositiones dictorū testium ipsi deponunt inter quas personas illa consuetudine viderunt vti. nec singularitas testium inualidat depositiones cum ipsi tendant ad eundē finem videlicet ad probandum consuetudinem.ita dicit Joan. fab.in. d.§.ex non scripto.¶Et corroboratur illa consuetudo per depositiones aliorum testium super dicto primo articulo examinatorum videlicet per depositionem michaelis medici etatis.lxxx.annorum.fo.cxxix.per depositionem Joā. bansani etatis.l.annorum.fo.cxxxiij.idem per depositionem Joānis odonis etatis.lxx.annorum.fo.cxxxiij.idem per depositionem antonij vacherij etatis.xl. annorum.fo.cxxxvj.¶Qui testes licet non loquantur de consuetudine tamē deponunt ꝙ predecessores dictorum trium fratrum contendentiū.semper eorum primo natus preposuerunt in castro ⁊ terra vriatici ⁊ in eisdem succedere voluerunt etiam stantibus alijs eorum liberis masculis. ¶Et istud nudū factum de quo dicti vltimi quinꝗ testes deponunt sufficit ad inducendum illam consuetudinem cum concursu saltim.xl.annorum . vt dicit ⁊ tenet expsse Joan.fab.in.d.§.ex non scripto ibi:sed an sit necesse ⁊c.Sed dicti testes nō solum deponunt de concursu.xl.annorū.Imo.⁊ de maiori tempore.l.⁊.lx.annorum ⁊vltra igitur ⁊c.Idem tenet Andr.de ysernia in feu.in tit.de prohib.feu. alie. per Fred.in §.preterea ducatus.vbi dicit ipse quando interuenit saltim trinus actus infra.xxx.annos ꝙ tunc in illa agnatione.potest induci illa consuetudo ꝙ primogenitus succedat insolidum more francorum . dicit ipse de ysernia.Et illa cōsuetudo capit vires a cursu dicti temporis:⁊ patientia aliorum fratrum habetur pro titulo:quia in inducenda consuetudine titulus nō requiritur nisi concursus dicti temporis:vt etiam dicit Jo. fab.in.d.§. ex non scripto.Sed dicti testes deponūt de pluribꝰ actibꝰ vt ptz ex lectura ipsoꝝ igitur ⁊c.¶Et ꝙ binꝰ vel trinꝰ actus cū ꝯcursu dicti tpis inducat ꝯsuetudinē etiā si nō dicatꝰ ꝙ dicti actꝰ fiāt vt inducatꝰ ꝯsuetudo expsse tenet Alb.de rosa.C.que sit lon.ꝯsue.sup rub.vt refert do.Ambro.de vigie.q eū in hoc seqtur in.l. de quibus.ff.de legi.in sua repet.Etiā pbatꝰ plures siles actꝰ quos fecit nobilis Joannes alamādi pater dictoꝝ triū fratrū.¶Primo in mrimonio guigonis eiꝰ, filij pmogeniti cui ipse dedit castrū vriatici in ꝯctu mrimonij cū filia dñi hūberti de grolea.¶Et ꝯsequēter in mrimonio nobilis bonifacij cū filia nobilis antonij de hostedino cui bonifacio ipse ēt dedit dictū castrū vriatici post mortē dicti guigonis eiꝰ filij.Et silr ipse Joānes seruauit illā ꝯsuetudinē in testō suo in quo reliqt castrū vriatici Guigoni eiꝰ pmo nato in quo etiā suo testō declarat ipse nobilis Joānes pater dictoꝝ triū fratrū ꝯtēdentiū ꝙ ipse voluit vt pmo natꝰ sibi succederet:vt ptz in pmo gradu substōnis:⁊ pbatꝰ etiā illa ꝯsuetudo in camera cōputoꝝ dalphiñ.q: in homagijs semp pmo natꝰ ferat solus ⁊ insolidū homagiū dño nostro dalphiñ.de castro vriatici.¶Preterea ex testō dñi guigonis alamādi aui dictoꝝ triū fratrū appet ꝙ intētio sua fuit ꝙ pmo

genitus semp admittat ad dictū castrū vriatici.dū ibi dispo-
suit q si substitutio p eū facta dicto ioanni eius primogenito
vendicaret sibi locū in personā guigonis eius secundogeniti
ita q ipse guigo haberet castrū vriatici q posthum⁹ ipsi⁹ testa
toris eo casu haberet castrū renelli in quo ipse instituerat di-
ctū guigonē eius secūdogenitū: volens semp preferri in dicto
8 castro vriatici p̄mogenitos[a] suos successiue vnū post aliū ita ve
risimiliter coniecturatur ex dicta dispositione dicti testamēti
dñi guigonis ꝛ que voluntas: que colligit ex coniecturis dicit
euidēs: ꝛ expssa voluntas: vt in.l. quidā testamēto.ff.de vul.et
pup.ꝛ ibi dñs Jac de puteo ita not. ex illo tex. facit.l. licet im-
perator.ff.de leg.j.ꝛ.l. non pponebatur.ff.de leg.ij.

a ¶ Primo-genitoꝝ. de filio primo nato etiā te tigi.§. cōsil. lx. i quarto dubio. et in decis. parla. q.ccccc v.

¶ Item in contractu secundi matrimonij dicti nobilis Jo-
annis patris dictorum aymonis et guigonis ipse nobilis
Joannes disposuit q liberi secundi matrimonij succederent
in certis bonis patris in instrumento matrimonij declaratis.
Et ibi nō declaratur quod ipsi liberi secundi matrimonij de-
beant succedere in dicto castro vriatici. ¶ Ideo ab ipso videtur
ipse pater eosdem liberos secundi matrimonij exclusisse: quia
vnius inclusio est alterius exclusio.l. quod in rerum.§. si quid
post.ff.de leg.j.ꝛ no.gl.in.c. raynaldus. super vbo masculis. ex
tra de testa. Et ex hoc etiā colligit q ipse nobilis Joannes pa
ter voluit q liberi sui primo nati succederent in dicto castro
vriatici. Prout etiā ipse declarauit in suo testamēto in primo
gradu substitutionum: vt.§. dixi. ꝛ illi actus reiterati tam in
eorum testamentis q̄ contractibus cum concursu dicti tēpo-
ris induxerunt illā consuetudinem in illa agnatione q p̄mo-
genitus succedat in dicto castro vriatici etiā ex testamēto: licz
in illis actibus nudis reiteratis non fuerit declaratū q illud
faciebant volentes inducere illam consuetudinem vt tenent
Jo.fab. de pscriptio.ꝛ Alberi.de rosa.in locis.§. allegatis.

2 ¶ † Ad secūdum quesitū si in probāda psuetudine sufficiat se-
miplena pbatio. Ad hoc respondet petrus dicens q quedam
in iudicio principaliter proponuntur ad psuetudinem pban
dā. ꝛ illa debēt plene probari: quedā vero non principaliter ꝛ
in eis sufficit pbatio semiplena: vt pz in eo qui ppōnit pfesso
riā pro seruitute reali. proponit enī principaliter seruitutē si-
bi deberi: secundario vero dominium fundi: vt.ff.cōis pdioꝝ.
l.j.ꝛ illud primū debet pbari plene: secundum vo semiplene.
ff.si seruitus vendicetur.l. sicuti.§. si queratur. Et si vsufructus
petatur.l. vtifrui.in prin.ꝛ qd ibi no.ꝛ.ff.de pb.l. circa.ꝛ de ex-
cep.l. sed si ante. Aliud exemplum ponit in illo qui petit here-
ditatem diuidi iudicio familie hercis. Nam principaliter alle
gat communionem: ideo illam tenetur plene probare: secun-
dario dominium: et illud sufficit semiplene probare: puta per
probationem vnius testis. argumen.ff.famil.herciscunde.l.j.
que probatio non sufficeret, vbi dominium in iudicio princi-
paliter proponeretur: vt j no.C. de probatio.l.ij.ꝛ.l. proprietas.
ꝛ.l. cum res. Ista sunt verba Pet. de bella pert. que reducendo
ad casum de quo in dicto processu agitur dictus dominus

soffredus alamandi:licet actor originarius petijt dictum castrum vitalici sibi adiudicari principaliter propter contrauentionem factam per dictos eius fratres aduersus transactionem per eos iuratam:vt patet in libello dicti domini soffredi in prima instantia oblato.Secundario vero propter dictam consuetudinem primogeniture:ideo hoc casu videtur semiplena probatio dicte consuetudinis sufficere per supra allegata:licet videatur illa consuetudo plene pbata per octo testes:vt.s.declaraui circa primum quesitum.

3 ¶†Ad tertium quesitum si valeat cõsuetudo qd primogenitus succedat in totum stantibus alijs liberis masculis dico sic post do. Martinum de laudu.in suo tractatu de primogenitura/aut loquimur in regno vel ducatu/aut alio patrimonio siue hereditate.Primo casu omnes doc.concludunt valere consuetudinem:maxime Alb.in prohemio.ff.⁊.l.in lege ex hoc iure.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ est ratio quia humanum genus appetit pacem ⁊ quietem.l.j.in prin. ⁊ ibi not. C. de cadu.tol.no.etiam in.c.fundamenta.de elec.lib.vj. sed pax et quies populi magis appropriatur vni q̃ pluribus:quia reipublice melius consulitur per vnum.l.j.§.sed quia difficultate.ff.de orig.iur.⁊ alias rationes ponit frater Egidius in suo tractatu de regimine principuz.In secundo vero casu/videlicet de hereditate aliqui dubitãt an valeat cõsuetudo primogeniture:vt Alb. in phe. ff.quia tollit alimenta ⁊ legitimam alijs liberis/que omnia debentur iure naturali.j.dist.c.ius naturale.⁊.l.cum ratione.in prin.ff.de bo.dam. Sed contraria sententia est vera qd imo valeat consuetudo primogeniture in.c. mulier.et ibi Bal.si de feudo fuerit cõtrouersia. ⁊ videtur sequi Jo.an.in suis mercurialibus in regula sine culpa.de reg.iur.lib.vj. Nec obstat arg.de alimentis et de legitima:qz primogenit⁹ illa prestabit alijs liberis iuxta facultates patrimonij etiã si de regno vel comitatu ageret:vt plene dixi in deci.parla.q.cccclxxvj. ¶Et qd valeat cõsuetudo qd primogenitus succedat in totũ tenet expresse dominus Raymundus de sabanaco in.l.consuetudinis.C.que sit longa cõsuetudo.in.q.que incipit/quero quarum consensus requiritur ⁊c. Et per consuetudinem potest filius legitima priuari:vt tenet idem dominus Raymundus de sabanaco in sua repetitione.l.quoniam in prioribus.C.de inoff.test.circa prin. Et similiter potest per statutum legitima filij tolli:quia illa debetur iure ciuili ratione naturali ⁊ iure gentium que sunt mutabilia.l.ius agnationis.ff.de pactis.⁊ hanc partem tenet Dy.in.c.indultum.de reg.iur.lib.vj.⁊ ibi per Jo. an. in mercurialibus.idem tenet Cy.in.l.sancimus.C.de nup.⁊ Pet.Jaco. in titu. de condi.ex.l.omnimodo.idem Bald.ff.de iusti.et iure.l.prima.in fiñ. et tetigi de hoc.s.consilio.lxv.

4 ¶†Ad quartum quesitum dico qd non fuit necesse probare qd vigore dicte cõsuetudinis fuerit iudicatum in contradictorio iudicio/per ea que dicit Jo. fa. in.d.§.ex non scripto.ibi:nec credo ⁊c.imo ibi plus dicit ipse Jo.fab.qd non est necesse probare qd maior pars populi vsa sit. Nec de animo vtentium nec qd ex certa scientia. Nam omnia ista presumuntur dicit ipse Jo.fa.probata frequentia actuum ⁊ transcursu temporis.allegat ipse.l.an in totum.C.de edi.pri.et.l. primam.C.que sit longa consue.⁊.l.final.ff.ad le. iul.maiest. ibi dum dicit nostro tempore ⁊c.⁊.l.iij.in.§.fi.ff de test.⁊ in feudis que sit prima causa beneficij amittendi.in.§.deniq3.Et qd non sit necesse qd fuit iudicatum in contradictorio iudicio ad inducendum consuetudinem tenet expresse Raymundus de sabanaco post glo.in sua repetitione.l.consuetudinis.C.que sit longa cõsuetu. in.xvij.q.io dicit ipse:qz cõsuetudo inducit p tacitũ cõsensum papali q̃ põt colligi ⁊ declarari p act⁹ extraiudiciarios eque sicut super iudiciarios. vt dicta.l. de quibus.et.l.diuturno ⁊.l.si seruus plurium.§.fina.ff.de leg.j.et de lega.iij.l.

nundinis ꝛ de fundo instru.l.cum delanionis.§.asinam.cum si.❡Sed quia vt
consuetudo seruetur requiritur qđ sit rescripta vt in.d.§.ex non scripto.ꝛ in.d.l.
5 de quibus.in.§.inueterata.❡†Quero pro declaratione huius materie quanto
tpe cõsuetudo prescribat.glo.post Jo.dicit qđ.x.annis etiam si cõsuetudo sit ꝯ
ius vt no.in.d.§.ex non scripto.ꝛ in.d.§.inueterata.ꝛ ista est communis opi.le-
gistarum.vt refert Pan.in.c.fi.de cõsue.in.ix.col.ꝛ Bar.in.d.l. de quib⁹.Inno.
vero distinguit aut illud qđ acquiritur habet causam continuam ꝛ tunc tenet
glo.aut discontinuam.ꝛ tũc tantum tempus cuius non sit memoria.vt no. per
eum.extra de consuetudine in.c.j.Host.tenet se cum glo.de iure ciuili.sed de iu-
re canonico requiritur vniformitas.xl.annoꝝ ꝛ idẽ in.c.fi.Jac.ꝛ Pet. tenent se
cum glo.nostra indistincte quia hic non agitur de iure alicuius prescribendo:
sed de consensu populi colligendo qui presumitur per lapsum.x.annoꝝ.ff.qui
et a quibus.l.si fideicommissum.§.aristo.ꝛ ista est communis opi.legistarũ:vt
supra dixi. Arch.vero distinguit an sit scđm ius commune. An contra ius com
mune.extra de consue.c.fi.lib.vj.per.c.j.de prescrip.eo.lib. ❡Dominus Jo.fa.
vero dicit in.d.§.ex non scripto.qđ sibi videtur vera opi. Hosti. que concordat
cum opi.glo.ꝛ doc.quatenus tangit ius ciuile.Et credit ipse Jo.fab.qđ proce-
dit in vera consuetudine per quam ius statuitur. ❡Sed in consuetudine per
quam ius acquiritur singulari vel contra singularem videretur qđ deberet ser
uari.cum de in rem verso.ff.de vsur.ꝛ qđ ibi not.ꝛ.C.de pac.l. si certis annis de
iure ciuili.❡Sed de iure canonico esset prescriptio vniformis.xl.annorum. vt
no.per Host.extra de censi.c.super eo.Et hoc in consuetudine per quã ius sta-
tuitur.In alia vero distingue an habeat titulum vel non:ꝛ an sit contra ius cõ
mune:quia tunc requiritur qđ sit tanti temporis cuius nõ extat memoria. per
c.j.de prescrip.lib.vj.ꝛ in hoc casu posset procedere opi. Archi. Ista sunt verba
formalia Jo.fab.in.d.§.ex non scripto.ibi:quero quanto tempore ꝛc. ❡Et ista
reducẽdo ad casum de quo in processu inter dictos tres fratres agitur dico qđ
ad probandum consuetudinem:de qua inter dictas partes agitur licet videa-
tur contra ius commune non requiratur probatio tanti temporis cui⁹ memo-
ria hominis non existat in contrarium.❡Sed qđ sufficiant.x. anni de iure ci-
uili sm Azo.quem sequuntur glo.ꝛ doc.vt refert dictus dominus Raymũdus
de sabanaco in dicta sua repetitione in.iij.q.vel saltim de iure canonico.xlj.an
ni cum dicta consuetudo fuerit in dicta agnatione alamandorum introducta:
vt primo natus succedat in dicto castro vriatici cum titulo qui titulus ortũ ha
buit ex dispositione testatoria dicti quondam dicti guigonis alamandi aui et
nobilis Joannis patris dictorum fratrum contendentium vt declaraui supra
6 circa primum quesitum.❡†Nam cõsuetudo prescribitur etiam cõtra ius lon-
go tempore cum titulo ꝛ bona fide:que bona fides ex titulo resultat ꝛ nõ requi
ritur eo casu tantum tempus qđ memoria non existat in contrarium.vt proba
tur in.c.j.de prescrip.lib.vj.❡Ad quintum quesitum si dicta cõsuetudo potue
rit introduci etiam diuturno tempore cum nõ probatur in processu qđ in acti-
bus qui dudum contigerunt in successione primo nati interuenerit contradi-
ctio aliorum fratrum.Et videtur qđ non per.l.cum de consuetudine.ff.de legi-
bus.Contra videtur qđ sic:quia sine contradictione lex producitur.ff.de legi.l.
j.ergo consuetudo arg.a pari.vt dicta.l.de quibus.❡Quicquid dicat sup hoc
Jac.de are.ꝛ Pe.eius discipulus non sequitur eum.❡Sed videtur qđ sine con
tradictione bene indicatur consuetudo quantum ad hoc vt alij consimiles in
casibus similibus possint vti alijs inuitis.❡Et sic actiue quia consuetudo nõ
differt a lege nisi sicut expressum ꝛ tacitum igitur ꝛc.vt.d.l. de quibus. ❡Sed
quantum ad hoc vt alij compellantur vti tali actu si vti noluerint ꝛ sic passiue.

Non n

Non nisi contradictio facta fuerit: et ille acquievit seu acceptavit. Nam tūc statim incipit prescribere adversarius ꝫ obtemperantem. ¶ Unde si quis solitus ire ad molendinum meum. Et postea nolit venire ad molendum non possum ipsum ex vi prescriptionis cōpellere nisi eum semel nolens ire mihi contradicere vellet: et precepi ut ipse eat et mihi obtemperaverit: nam tunc incipio prescribere contra eum arg.ff.de servi.urba. prediorum.l.que luminibus. et sic intelligitur.l.diuturna.ff.de legi. Sed dñs raymundus de sabanaco in dicta sua repetitione in questione que incipit quare an sine contradictione &c. tenet indistincte qd inducitur consuetudo sine contradictione scdm omnem effectum active et passive. ratio quia semper usus maiorum partis populi preiudicat minori contradicenti vel non contradicenti ut.l.qd maior.ff.ad municipales. et de reg.iur.l. aliud.§.j. ¶ Ergo non debet requiri eorum contradictio: quia nullum habet producere effectum. ut.l.dotem.ff.solu.matri.l. aliquando.§.fi.ad velle. ¶ Nec obstat arg.petri de dicta.l.qui luminibus. quia illa et similes.ll.loquuntur in prescriptione q̄ est minoris auctoritatis ꝙ consuetudo ut ipse dñs Raymūdus declaravit in dicta sua repetitione in.vij.q. ¶ Addo aliam rationem qd consuetudo sit maioris auctoritatis et potentie quā prescriptio: quia cōsuetudo est potens ad translationem dominij sine apprehēsione possessionis ut in.c.ex literis.extra de cōsue. et plene dixi in statuto si quis per literas.in glo. super verbo possessio. circa fi.qd non sic est in prescriptione que non habet vigorem sine possessione. ut in regula iuris sine possessione.de regu.iur.lib.vj.

7 ¶ †Ad sextum quesitum si illa consuetudo qd primogenitus succedat in totum potuerit introduci in una agnatione. credo qd sic per ea que dicit dictus dñs Raymundus de sabanaco in dicta sua repetitione in.q.que incipit/quero quorū consensus requiratur &c. ubi dicit qd si mulieres frequenter sunt use inter se aliquo actu contra legem et diuturno tempore: verbi gratia. qd primogeniti succedant in toto: illa cōsuetudo inter eas debet servari. Non tam ex consensu earum ꝙ ex consensu totius populi vel maioris partis qui sic patiendo videtur tacite consentire. arg.d.l.de quib⁹. et.l.qd maior.ꝫ.alleg. Item quia videmus qd certa pars populi[a] unius civitatis potest ex sua parte cōsuetudinem inducere. ut tenet Guillel.de cug.in.l. ingeniis. ff.de statu ho. quem sequitur dictus dñs Raymundus de sabanaco in dicta sua repetitione in.q.que incipit an certa pars populi unius civitatis &c. quia cum tota civitas possit quo ad totum: ergo pars quo ad partem. arg ff.de rei ven.l. que de tota. et de admi.tut.l.si duo. Quia illi de dicta agnatione alamādorum cēsentur pars populi. arg.ff.de leg.j.l.plane.§.fi. ¶ Et qd valeat et sit servanda consuetudo unius progeniei vel familie: dicit et tenet Ang.de perusio in.l.iij.ff.de testa. qui allegat Jo. and.in addi.Spe.in ti.de instrumentorum edi.in.§. compendiose.versi.sed nūquid dicimus. ¶ Idem etiam dicit Andreas de ysernia in feu.de prohibita feudi alienatione per fre.in.c.

a ¶ Certa ps populi: tꝫ Zā Salyc.in.l.j.C.q̄ sit lō.ꝯsue. et ibi Bar.

8 imperialem.in.§.preterea ducatus in.xxv.col.ibi:sed † quo probabitur qd viui-
tur iure francorum.ait qd primo debet attendi si illi de domo illa sunt in quasi
possessione sic viuendi scz iure francorum quod probo si primogeniti successe-
rint &c.ex cuius dictis patet qd progenies vnius domus potest inducere con-
suetudinem.Et qd singulari contra singularem inducatur consuetudo longo
tpe de iure ciuili.probat tex.in.l.cuz de in rem verso.ff.de vsuris.& in.l.si certis
annis.C.de pactis.& hoc voluit Jo.fab.in.d.§.et non scripto.vt recitaui.s.circa
quartum questitu.circa fi.ibi:scdm cosuetudinem &c. Et qd in vna familia pos-
sit induci consuetudo.dicit dño Jac.de puteo.in.d.l.ij.ff.de testa. vbi etiã reci-
tat tenere Jo.an.in addi.Spec.vbi.s.post humbertum de bobio.& ibi etiã reci-
tat Angelum de perusio.in.d.l.ij.ff.de testa.Idem etiam dicit dñs Lud.de ro-
ma.in.l.si nõ speciale.C.de test.in.ij.col.recitando Angelũ & Jo.an.vbi.s.Idez
tenet Anto.de but.in.c.ij.de proba.vt refert idem dñs Lud.de ro.vbi.s. Idem
tenet Pe.de besutio.in.d.l.ij.ff.de testa.vbi etiam recitat Angelum & Jo. and.
Idem sequitur imo.in.d.l.ij.ff.de testa.recitando Jo.and.& Ange.
¶Ad septimum questitum si dicti aymo & Guigo fratres sint priuati dicta terra
vriatici.& credo indubitanter qd sic cum ipsi fecerint & venerint 9 pactiones tra
ratas inter eosdem tres fratres parisius facias insertis in processu.fo.lxiij. iu-
xta.l.si quis maior.C.de transac.Pro cuius demonstratione premitto qd in di-
ctis pactionib9 parisius factis cotinentur quatuor pacta sequentia. ¶Primo
vcz qd dicta terra vriatici & mante remanere deberet illi ipsoꝝ trium fratrũ vel
illis cui vel quibus de iure pertinere deberent. ¶Scdo qd alter dictoꝝ trium
fratrum non posset capere:emere:nec sibi donari facere aliquam actionẽ vnus
contra alium quoquo modo:nec a quacũqꝫ persona.¶Tertio nec similiter ali-
quam querelam vnus contra alium accipere posset.ibi(aucune action ou que-
relle) ¶Quarto qd dicti tres fratres deberent tractare:custodire:& interuenire
bonum vnius alterius.¶Ipsi enim Aymo & Guigo fecerunt de directo contra
dictum primum pactum:qui dicto soffredo domino castri noui adhuc tũc exi-
stente parisius incontinenti ipsi aymo & guigo post dicta pacta acceperũt pos-
sessionem vriatici nomine eorum proprio vt ipsi Aymo & Guigo cõfessi fuerũt
coram exequutore dum fiebat exequutio literarum regiarum manus regie op
positionis in loco vriatici vt patet in processu originali.fo.cxxiiij. Et dictaz ter
ram vriatici per multos menses detinuerunt fructus percipiendo cum terris
bonis mobilibus infra ipsum castrũ existentibus & in vsus suos conuerterunt
recognitionesqꝫ dicte vriatici ceperunt cum armis & terroribus & alibi quo vo-
luerunt transportauerunt vt deponunt testes dicti domini soffredi super.xxvj.
et.xxvij.articulorum.sui libelli in prima instãtia oblati.videlicet antonio mo-
laris duodecimi testis. folio.cxxvij. Anto. fabri. xiij. testis. folio. cxxviij. idem
xiiij.testis.idem.xv.testis.idem.xix.testis.idem.xx.testis.
¶Et fecit fieri dictus Guigo cridas in dicto loco vriatici quod homines dicti
mandamenti irent cum armis ad custodiendum dictum castrum vriatici vt cõ
stat cridis in processu.folio.ccxcv.et folio.ccxcvij.Et ipsi Aymo et Guigo in di
cto castro vriatici gentes armorum tenuerunt ad custodiam ipsius nomine
ipsorum Aymonis et Guigonis contra dictum dominum soffredum vt depo-
nunt testes dicti domini soffredi super.xxvj.articulorum dicti libelli prime in-
stantie videlicet.ix.testis.folio.cxxv.idem.xij. folio. cxxvij. verso. idem. xiij. te-
stis.folio.cxxviij.idẽ.xvij.testis.folio.cxl.idem.xviij.testis.folio.cxlj. idem. xix.
testis.idem.xx.testis.folio.cxliij. ¶Ex quibus colligitur quod dicti Aymo et
Guigo expresse fecerunt contra dictum primum pactũ sibi appropriando in-
solidum dictam terram vriatici licet ipsa terra vriatici non pertineret ipsis

aymoni et guigoni insolidu3 immo dicto domino soffredo cansante dicta pri=mogenitura de qua supra in precedentibus que sitis plene dixi. Et si cessasset primogenitura competebat.in parte eidem domino soffredo ex depositiõe te=stamẽtaria dñi guigonis eorum aui vt fatentur ipsi aymo et guigo.in.xxiij. et.xxv.articulorum suorum replicationum.que sunt fo.xl.et etiam ex dispositio=ne testamentaria eorum patris vt fatentur in primo et secundo articulorũ sua=rum exceptionum.fo.xv. ¶ Fecerunt etiam dicti aymo et guigo contra dictum secundũ pactum:quia ipsi procurauerunt q frater symondus alamandi prior sancti nicetij eorum frater ipsis aymonis et guigone presentibus et stipulanti=bus inter cetera cessit et remisit iura sibi competentia tunc et in futurum in ca=stro et mandamento castri noui:que iura asserebat sibi competere vigore sub=stitutionum adiectarum in testamento dicti domini guigonis eorum aui et ex successione eorum quondam patris vt de dicta cessione constat in processu fo. lxxxiij.verso. ¶ Non enim possunt negare dicti aymo et guigo quin ipsi accee=perunt dictam cessionem contra dictum dominum castri noui cum ipse tunc esset dñs et possessor ipsius castri noui vt deponunt testes dicti domini castri noui examinati super.xxiij.articulo sui libelli in prima instantia traditi vide licet.iiij.testis.idem.xvij.testis et plures alij:et istud est notorium. ¶ Nec rele=uat ipsos aymonem et guigonem q ipsi dictam cessionem respectu castri noui remittunt dicto domino soffredo in processu prime instantie. fol.xv.verso. in fine.quia iuramentum appositum in dictis pactionibus factis parisius im=pedit penitentiam sicut et quamcunq more purgationem: vt plene declaraui in primo consilio meo pro dicto domino soffredo durante prime instantie fa=cto incipiente in iesu christi nomine viso etc.in sexto dubio. et ibi sufficiat re=missio causa breuitatis. ¶ Fecerunt etiam dicti aymo et guigo contra dictum tertium pactum tenore instrumenti inserti in processu prime instantie. folio lxviij.in quo apparet q ipsi aymo et guigo conuenerunt promiseruntq et iu=rauerunt sub obligatione bonorum suorum nobili bone alamande et nobili katherine aynardi eius viro manutenere saluare et custodire dictum locum nante pro se et eorum heredibus. Ex hoc enim non potest negari quin ipsi ay=mo et guigo acceperint querelam contra dictum dominum soffredũ eorũ fra=trem:quia ipse dominus soffredus etiam ante dicta pacta parisius facta ha=bebat ius partem et portionem in ipso loco nante tanq de pertinentijs vriati=ci ex dictis depositionibus domini guigonis eorum aui et ioannis eorum pa=tris vt supra declaraui. Et si dicti coniuges voluerunt dictum locum nante repetere a dicto dño soffredo possessore erit necesse q ipsi aymo et guigo mo=ueant questionem contra dictũ dñm soffredum vigore dicte eorum promissio=nis veniendo contra dicta pacta per eos iurata parisius. ¶ Fecerunt etiã di=cti aymo et guigo fratres cõtra aliud quartũ pactũ:q3 l3 ipsi deberent tractare custodire et intertenere bonũ dicti dñi soffredi ipsi tñ contrariũ fecerũt q2 an=te portã dicti castri vriatici ipsi aymo et guigo in psẽntia dñi psidentis dñi pcu=ratoris fiscalis generalis et pluriũ aliorum nobiliũ virorũ dũ fiebat exequutio li=terarum regiarum manus appositionis dalphi.dixerũt malitiose et furibunde ptu=lerunt reiteratis vicibus dictũ dñm castri noui l3 tunc absentẽ vba sequentia (qu il estoit faulx et traystre: et le plus maluais que lon pourroyt dire) ẽt plu=ra alia vba diffamatoria de quibus vbis deponũt tres testes iurati et examinati p aynardũ pradelli:vc3 dictus dñs psidẽs.fo.xcviij. Et mace de la bachete.folio xcvj.vso.et pierre charny.fo.xcvij. Ex quibus etiã nõ põt negari q ipsi aymo et guigo fecerint contra per eos pmissa et iurata in dictis pactionibus parisius inter eos factis. Et q ppterea inciderẽt in penas dicte.l.si qs maior.ad quas

penas agit dictus dñs soffredus in processibus prime et secūde instantie.
¶ Ideo curia parlamēti et nō immerito per suā sentētiam declarauit dictos aymonē et guigonē fecisse contra dicta pacta incidēdo in penas dicta .l. si quis maior. declaratas. ¶ Quia dicta .l. si quis maior nō solū hʒ locū in trāsactione īmmo etiam in quacūqʒ alia simplici cōuentione iurata. vt plene declaraui in dicto meo alio consilio circa tertium dubium. et ita etiaʒ sufficiat remissio causa breuitatis. ¶ Et non potest negari quin in dicta transactione partium facta expsse fuerit transactum inter ipsos tres fratres etiaʒ de terra vtiatici p verba in dicta transactione adiecta ibi (les terres et seignories de la combe de lācut et de sainct moricse: et tout le droyt qui pourroit cōpetere et apertenir audit ayme et guigue en la terre durtage orēs et au tēps aduenir: si aulcung droit y auoit serōt competeront et appertiendront du tout tranchement audit soffrey et a ses hoirs males)
¶ Ideo dicti aymo et guigo fuerūt et sunt ipso iure dicta terra vtiatici priuati: et pertinet insolidum dicto domino soffredo per dictam .l. si quis maior. vt plenius deduxi et declaraui in dicto meo alio cōsilio incipiēte in iesu christi noie viso etc. in .ix. dubijs ex dicto processu prime instantie per me elicitis et declaratis in iure. et ibi sufficiat remissio causa breuitatis. in quo meo primo consilio declaraui tantummodo materiam dicte .l. si quis maior. In hoc aūt alio meo consilio declaro ius primogeniture cuius vigore dicta terra vtiatici etiā ptinet insolidū dicto domino soffredo. Et sic duplici iure pertinet dicta terra vtiatici dicto domino soffredo. Primo videlicet iure primogeniture. Secundo ex dispositione dicte .l. si quis maior. ita de iure dicendum videtur mihi.

¶ Summarium.

1 Substitutus in cuius personam substitutio locum habuit ante aditam hereditatē iura sua transmittere pōt.
2 Hereditas per fideicommissum relicta ante aditionem transmitti potest.

¶ Consilium. cxxxij.

Sempronius condidit suū testamentū in quo sibi heredē vniuersalem instituit eius vxorem: et si dicta eius vxor decederet sine liberis substituit titiam. ¶ Contigit qd dicta vxor heres mortuo dicto eius marito testatore adiuit hereditatē dicti sui mariti: et deinde dicta vxor eius decessit sine liberis superstite dicta titia. et sic in ipsam titiam locū habuit dicta substitutio. ¶ Postea dicta titia substituta decessit ab humanis absqʒ eo qd dicta titia dictā substitutionē agnouerit quia ignorauit dictū testamentū et substitutionē in ea adiectam.
¶ Modo queritur si liberi et heredes dicte titie substitute possint petere bona dicti testatoris virtute dicte substitutionis que locū habuit in personam dicte titie eorum matris. Dubiū facit qr post mortē dicte vxoris ipsa titia in vita sua nō agnouit dictā substitutionē: io dicit pars aduersa qr ipa titia nō trāsmisit ad heredes suos. scribatur quid iuris.
1 ¶ Ego dico qd dicta titia substituta in cuius personam iam substitutio locum habuit licet mortua fuerit anteqʒ hereditatē sibi restitui peteret transmisit ius et actionē petendi fideicommissum seu hereditatem per fideicommissum relictam. et de hoc sunt tex. expressi decidentes hanc questionē in .l. cum secundū. et in .l. si in personam. C. de fideicommissis et ita ibi hoc expresse dicūt et tenēt bar. Bal. et Saly. Idē tenet Jac. de Arctio et Bart. in .l. cū filio. ff. de leg. primo. et i .l. a testatore. ff. de cōditio. et demōstratio. Licet in dicta lege cū filio et i .l. a testatore glose dicant contrariū quia ille glose sunt reprobate per Jaco. de Arctio. Dyn. Bar. Sal. et Saly. et communiter per omnes doc. ¶ Preterea sunt etiam contra

glosam & Azonem qui tenet cũ glo. tex. in. l. apud iulianũ in. §. an ticia ars est. l. vtrũ & in. l. postulãte. in prin. & in. l. cogi. §. idẽ me tianus. ff. ad trebellia.

2 ¶ † Nec obstat quia dica titia substituta in vita sua nõ agnouit fideicõmissum: quia respondetur qđ licet hereditas nondũ agnita regulariter nõ transmittat: tñ secus est in hereditate p fideicommissum delata seu relicta. per rationem quã assignat Bal. in. d. l. cum secundum. & Bar. in. d. l. cum filio. ¶ Nã substitutio de qua in dicta facti narratione fit mentio fuit fideicommissoria: et nõ directa per ea que dicunt glo. Bart. Angelus & ymola. in. l. cẽturio. ff. de vulga. & per ea que etiã dicũt gl. Bal. et Salycetus in. l. precibus. C. eo. ti. Cõcludo ergo q dicta ticia actionẽ sibi cõpetentẽ ex testamẽto pro fideicommisso petẽdo transmisit ad heredes suos. ¶ Et ita ats cõsulẽdo tenui vt pz supra in. cxxij. cõsilio. circa tertium questium.

¶ Summarium.

1 Dictio suus in substitutione apposita ad feminam referri potest.

2 Juri detractionis renunciari potest.

3 Trebellianica quando & de quo detrahi possit.

4 Filius an possit alienata per matrem reuocare.

¶ Consilium. cxxxiij.

Antonius pachodi veniens ad mortem eius condidit testamentum in quo heredem suũ vniuersalem instituit Joannem eius filium naturalẽ & legitimum. ¶ Et si dictus Joannes heres decederet quandocunq sine herede legitimo ex suo corpe pcreato dicto casu substituit dicto ioãni eius heredi Katherinam filiam ipsius testatoris vxorem Ludouici porte: et suos: cui bona et hereditas ipsius testatoris; integre deuoluantur & perueniãt pleno iure & sine vlla diminutione.

¶ Deinde dictus Joannes heres decessit sine legitimis heredibus ex suo corpore procreatis. Et statim post mortem patris condito per eum testamento in quo insequendo voluntatem dicti sui patris heredem suum instituit dictam Katherinã eius sororem sibi vt premittitur substitutam: et suos. Deinde dicta Katherina heres & substituta successit & ad eam deuenerũt oĩa dicta bona. Et de ipsis bonis maiorem partem alienauit. Et ipsa mortua veniunt liberi ipsius Katherine dicẽtes se substitutos vigore illius verbi (Et suos) appositi taz in substitutiõe dicti Antonij eorum aui materni q̃ in institutione facta per Joannem eorum auũculum sequentem voluntatẽ patris sui. Et sic per consequens illa bona ad se iure fideicommissi pertinere & alienationes ipsorum bonorum factas per dictam Katherinam eorum matrẽ non tenere queritur quid iuris si dicti liberi bene dicant.

1 ¶ † Prodicendorum euidentia premitto quod verbum suos in a substitutione predicta positum cum referatur ad feminam[a] ne frustra fuerit positum argu. in. l. si quando in princi. ff. de lega. primo attenta etiam & considerata voluntate testãtis oportet

a ¶ Ad feminã. de verbo suos qñ adijcit femine & vide q̃ dixi I decisionib⁹. pla. questio. cccccxlviij.

quod accipiatur large sive improprie cum proprie non possit accipi scilicet pro existētibus in potestate: quia femina habere non potest. vt insti. de adop. §. femine. Et credo qđ illud verbū suos hic importat sive denotat filios naturales ⁊ legitimos ex dicta katherina procreatos ar. l. penul. in fi. et. l. seq. ff. de pollicitat. et. l. si femina. et qđ ibi nota. C. ad turpillianum. Et qui accu. non possunt. l. neganda. et. l. de crimine. Et optime facit lex quoniam sororem. C. de iure deliberan. Et quod no. Bart. in lege gallus. §. nunc de lege versi. etiā si parēte. ff. de liberis ⁊ posth. ⁊ in. l. j. de vsufru. accrescendo. ⁊ Cynus in. l. liberti libertecꝫ. C. de operis liber. ⁊ Hēricus boyc in. c. cū dilectꝰ in fi. extra de dona. ¶ Et sic intelligit verbuꝫ suos communis ⁊ vulgaris intellectus qui in talibus debet sequi. l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo ⁊ instru. lega. l. in vulgari. in fi. ff. de verborum significatione cum multis simili.

¶ Denotabit igitur verbū suos liberos ex ipsa katherina descendentes tenentes primum locum cum sibi vendicabit locū substitutio eorundem arg. insti. de exhereda. liberorū. §. posthumorum. ff. de iniusto rupto testamento. ¶ His sic premissis nunc videndum est qualis sit effectus illius substitutionis tā de veritate verborū ꝙ etiā de gratulata voluntate testātis qm̄ voluntates coniecturate in fideicōmissis faciliter admittunt. ¶ Et in substitutionibꝰ maxime fideicōmissarijs per quas sibi testator providet. l. cū ꝓponebatur. ff. de le. ij. ⁊. l. heredes mei. §. j. ff. ad trebel. ⁊. l. luciꝰ la. j. ff. de here. insti. ⁊ ibi no. Et est sciēdum quod substitutio superius expressata per quā substituit testator filio heredi katherinā filiam suā ⁊ sororē dicti heredis et suos cū sit feminade ꝑsonis inter quas affectiones est ordo. a Nō iportat qđ ipse ⁊ sui simul admittant̄ sꝫ ordine successivo[a] sic videlicet primo katherina ⁊ post eius mortem sui liberi veniant ⁊ admittant̄ ad dicta bona testatoris vt. l. gallus. §. q̇dā recte cū ibi no. in gl. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ hoc ibi no. Bar. ⁊ hec opinio est cōmunis vt scripsi. s. consi. cxxij. in primo quesito.

a ¶ Ordine a successivo. postꝗ ego guido hec dictavi vidi doc. novissimos q̇ tenēt cōtra bar. ꝙ immo hoc casu liberi admittunt̄ simul cum matre et nō ordine successivo vt scripsi. s. ꝯs. cxxij. in pmo quesito.

¶ Et hoc est intelligendū sive katherina vivente testatore sive post mortem eius ante diem fideicommissi cedentē sive postꝗ dies fideicommissi cesserit et ante agnitionem eius alias acq̄sitionem seu postea quandocunqꝫ decesserit: hoc enim importare videt̄ voluntas testatoris qui si eos venire voluit ad fideicōmissum in defectu matris ⁊ cū voluntas testatoris sit lex vt in auten. de nup. §. disponat colū. iiij. Et non distinxerit an ipsos liberos vellet admitti ad relictum post mortem matris si ipse moreretur ante cessionem fideicommissi vel agnitionē eiusdeꝫ vel postea ideo nec nos distinguere debemꝰ. l. de precio. ff. de publi. cum si. Sed simpliciter ⁊ indistincte sequi debemus eiꝰ voluntatem. l. penul. ff. de leg. ij. cum simili.

¶ Et sequitur ex predictis quod non solum liberi Katherine vltimo loco substituti vigore dicte substitutionis vocantur ad fideicommissum mortua Katherina ante diem fideicommissi cedentem sed ⁊ etiam post eius agnitionem. Et sic per consequens katherina per illa verba videtur esse rogata post eius

mortem restituere suis liberis dicta bona et sic ea non potuit irreuocabiliter alienare tanque subiacentia restitutioni.l.fi.§.fi.et aut.res que ibi posita.C.com munia de legatis.

¶Sed quia dictus Joannes heres nihil detraxit de dicta hereditate paterna nec legitimam nec trebellianicam queritur nunquid ipse vel katherina soror eius substituta:et eius heres ex persona sua poterit aliquid detrahere et quantum detrahere debeat.super hoc dico quod de legitima non est dubium quin heres ipsius Joannis possit legitimam detrahere quoniam dictus Antonius testator eam prohibere non potest vt not.glo.et docto.in auten.sed cum testator.C.ad le.fal.Sed tamen hic in casu nostro posset dici quod nulla fieri debeat detractio:quando fuit per Antonium patrem suum testantem omnis detractio prohibita et diminutio sue hereditatis.Et per dictum Joannem filium heredem approbata qui in suo testamento fatebatur se velle sequi et obseruare in omnibus voluntatem et dispositio-
2 nem patris.†Et iuri detractionis legitime non est dubium quod potuit renunciare sicut et cuicunque alteri iuri vel fauori pro se introducto.l.penul.C.de pac.cum si.Et sic per consequens dicta katherina eius heres ex persona ipsius Joannis nullam poterit detractionem facere:quia non videtur fecisse Joannes ratione liberalitatis exercende in sororem:sed potius ratione paterne voluntatis sequende qui pater omnem diminutionem prohibuerat:sicut in simili dicimus de fideicommissario primo rogato restituere secundo.l.j.§.inde neratius.et.l.ex asse.in fi.cum ibi not.ff.ad trebel.
3 ¶†Sed quid de trebellianica si possit detrahere quartam residui.circa hoc forte videretur dicendum quod non:quando constat dictum Antonium testatorem dictam detractionem trebellianice prohibuisse per illa verba em dicta bona et hereditas integre deuoluantur et perueniant pleno iure et sine vlla diminutione etc. que verba sufficiunt ad prohibitionem quarte trebellianice immo pauciora sufficerent vt.l.decem in fi.ff.de fideicommissa.liber.et que trebellianica potest prohiberi vt no.glo.in aut.de hered.et fal.in.§.si vero expressim.et instit.de fideicommissa.here.§.sed quia stipulationis.et ita tenent Odo.Ja.de are.Pe.Cy.et Barto.pro quo est tex.secundum Bar.in.l.marcel.§.quod autem.ff.ad trebel.
4 ¶†Sed adhuc restat aliud dicere si dicti liberi possint reuocare alienata per dictam katherinam eorum matrem:et super hoc dico quod poterunt dicti liberi reuocare alienata si ipsi non sint heredes matris.l.cum a matre.C.de rei ven.Si enim filius reuocat alienata per patrem qui est legitimus administrator.l.j.C.de bonis maternis,Multo ergo fortius alienata per matrem.Si autem filius esset heres matris non posset reuocare alienata per matrem vt in.d.l.cum a matre no.Nisi esset minor et petita restitutione in integrum hereditatem maternam repudiaret.l.j.et.ij.C.si vt ab heredi.se absti.Uel nisi facta fuisset aditio hereditatis materne cum beneficio inuentarij.l.fi.§.in comparitione.et.§.et si prefatam.C.de iure deliberan.

¶Summarium.

1 ¶Ecclesia vna tribus modis potest vniri alteri.
2 Unio duarum ecclesiarum propter necessitatem et vtilitatem permittitur.
3 Religiosus ad arctiorem religionem per se transire potest.
4 Unio ecclesiarum per quos fieri possit.
5 Factum simpliciter reprobari potest qualitate eiusdem approbata.
6 Res quando perfecta et suum effectum sortita dicatur.
7 Possessor pacificus quis dicatur.
8 Religiosi an possint auctoritate propria ad strictiorem transire religionem.

¶Consilium.cxxxiiij.

Circa processum diffiniendum in curia parlamē ti super possessorio inter partes inferius nominatas videntur consideranda et in iure examinanda dubia subscripta.

¶ Primo an vnio prioratus sctī cirici facta prioratui aregrādi facta fuerit ex iustis causis ⁊ servata forma cum solēnitatibus ad hoc requisitis. ¶ Scdo an dicta vnio potuerit fieri per concilium Basiliense et si valuerit ⁊ si non valuisset fuerit validata per confirmationē pape subsecutam. ¶ Tertio an dicta vnio dicatur fuisse sortita effectum: an etiā reuocationem factam per papam nicolaum in sua coronatione de omnibus vnionibus que non fuerunt sortite eorum plenum effectum. ¶ Quarto an vnio prioratus de verneto facta per papam eugenium et confirmata per papam nicolaū habeat impedire vnionē prioratus aregrādi. Et que ipsarum vnionum sit potior ⁊ validior.

3 ¶ Et pro dicendorum euidentia premitto primo qđ licet gl. in.c.temporis qualitas.xvj.q.j.et glo.in.c.j.extra ne sede vacāte ponant solum tres modos quibus vna ecclesia vnitur [a] alteri. Tamen Host. Joā.an.⁊ dominus Anto.de butrio. Cardi. flo. Panor.⁊ doc.nouissimi in dicto.c.nouit. ne sede va.ponūt quinq; modos quibus fit vnio. ¶ Primo cum ecclesia vnitur quo ad spiritualia tantummodo sicut fieri cōsueuit in quibusdam monasterijs in quibus celebrantur exequie monachorum vtriusq; monasterij. ¶ Secundo fit per viam subiectionis cum vna ecclesia subijcitur alteri: et hec ecclesia subiecta remanet sub iurisditione illius sub quo primo erat constituta nisi aliud fuerit expressatum in ipsa vnione. vt est tex.in.c quia monasterium.extra de relig.domi. ¶ Tertio fit quo ad prelatū dūtaxat vt idem sit prelatus vtriusq; ecclesie. ¶ Quarto fit cum due ecclesie vniuntur simul ⁊ tunc seruantur glose supra allegate vt consideretur an vna vniatur alteri aut ambe simul. Nā primo casu nihil accedit ecclesie vnite: sed ipsa ecclesia que vnitur assumit naturā priuilegium/regulam/ professionem et consuetudines ecclesie cui vnitur. [b] Et pereunt iura: consuetudines et regule illius ecclesie que vnitur vt in.c.attollentes.in fi.extra de sta.mo.⁊ in glos.preallegs. Et isto modo fuit facta vnio prioratus sancti cirici prioratui aregrandis. sed quādo simul vniuntur tunc cōmutant sibi consuetudines et iura ipsarum vt in predictis glossis.⁊ per Barto.in.l.ij.ff. de legatis primo. ¶ Quinto fit qn̄ vna ecclesia erigit in cathedralē qđ solus papa facere pōt.in.c.qđ trāslationē.extra de offi.dele.⁊ in.c. sicut vnire.ex̄ de exces.p̄la. de quo plenissime ibi p dictos doctores.

2 ¶ Scdo premitto quod vnio duarum ecclesiarum inter ceteras causas a iure approbatas fit ⁊ fieri permittitur propter necessitatem vel vtilitatem: vt puta quando prioratus sunt ita tenues quod non sufficiunt ad onera eius supportanda vel qn̄ alias est necessitas vel vtilitas ecclesie de quo in.c.vnio.x.q.ij.⁊ c.sicut vnire.cum materia.extra de exces.prela.melior tex. in.c. exposuisti nobis.cū ibi no.p Ho.Cardi.⁊ Panor.extra de p̄bē.

a ¶ Unit alteri. de materia vnionis etiā tetigi i decis. parla. q.ciij.

b ¶ Ecclesie cui vnit. Si res vnita sapiet naturā rei cui vnit vide i decis. pla.q. cclxv. et in singul. meis.f.xvij.

et in.c.j.cū ibi no.per glo.archi.ꝛ Gemi.de re.ecc.nō alie.li.vj. Et qn̄ fit necessitas vel vtilitas habet ibidē per eos ꝛ maxime per Host. Itē fit ꝛ fieri permittit vt vna ecclesia strictiorē regulā subintret ꝛ veniat de latiori ad strictiorē ꝛ promoueatur vt in.c.recolētes.in fi.extra de sta.mo.ꝛ.c.inter dilectos.cū materia. extra de do.ꝛ melior ter.cū sua materia in.c.cū dilect⁹ fili⁹. extra de his q̄ vi metusve cā fiūt. Et lз predicte cause non adessent ꝛ vnio esset facta ex falsa cā dū tn̄ esset seruata forma iuris ad hoc requisita.de qua in.c.dudū.de reb.ec.nō alie.li.vj.ꝛ in.c.sicut vnire.extra de exces.prela.valeret ꝛ teneret ipsa vnio.ar.notatoꝝ per glo.in.c.summa.xij.q.ij.ꝛ.c.sine exceptione.eadē cā ꝛ questione. Nam vnio est contractus scripti iuris.l.si quis cū aliquo.ff.de verb.oblig. Et dolus seu falsa causa adhibitus ꝛ adhibita in contractu stricti iuris non reddit cōtractū ipso iure nullum.l.si quis cum aliter.ff.de verbo.obliga.et ita tenent domini de rota conclusione sua.liij.que incipit item qđ vnio facta ex falsa causa ꝛc.

¶ Quibus sic presuppositis venio ad decisionem primi dubij. ad qđ respondendo dicendum est considerato tractatu capitulariter habito per priorē sancti cirici cum prioribus ꝛ mēbris:ꝛ suis subditis quorum intererat et quorum consensus interuenire debebat.ar.notatorum in.c.humilis doctrina. extra de maiori.et obedi. Et causis ibidē consideratis. Et considerata vtilitate ꝛ necessitate ipsius prioratus sancti cirici. Et attenta diminutione vtriusq̄ prioratus tam aregrandis q̄ sancti cirici. Et attento qđ ad strictiorē regulā promouebātur:qꝛ trāsitū faciebāt de regula ꝛ religiōe beati Augustini ad regulā beati benedicti q̄ est strictior. c.cū ad monasteriū.ꝛ.c.qđ dei timorē.cū materia extra de sta.mo. Que cause sunt de iure approbate ad vnionē faciendā.vt.s.dixi. Et attēto qđ quo ad ipsos priorē sancti cirici ꝛ prioratus sibi subditos capitulariter congregatos ad sonū cāpane se trāstulerūt ad prioratū aregrādis:quod facere

3 potuerunt.c.penul.cū ibi no.per glo. Inno.qui ibidē dicit qđ ad arctiorē regulā per se possunt trāsire.ꝛ per Hen.bohic.extra de his que vi metusve cā fiūt.c. cū dilect⁹.ꝛ facit tex.in.c.inter dilectos.ꝛ ibi bonus tex.cum materia. extra de do.ꝛ post ibidē capitulariter congregati constituerunt procuratores speciales ad requirendū auctoritatē pape ꝛ consiliū ꝛ superioris sicut fieri dз vt in.d.c.sicut vnire.ꝛ in cle.si vnio.de re.eccl.non alie.ꝛ in.c.j.§.ad hec cū ibi no.per Car. flo.et Imo.de sta.mo.qui consensus tam consiliū q̄ pape postea interuenit merito debet dici facta ex iustis causis approbatis a iure:ꝛ in ea seruata fuit solēnitas et forma ad hoc requisita per predicta.

4 ¶ Ad scđm dubium dicendū est qđ potuit per concilium Basilieñ.fieri ꝛ facta per eum valuit. Nam diocesanus potest eas facere cū consilio ꝛ cōsensu abbatis vt in dicto.c.sicut vnire.cum sita materia.de excessi.prela.ꝛ in cle.j.§.ad hec, et ibi bonus tex.cum sua glo.de statu mo.ꝛ in.c.cum dilectus.extra de his que vi metusve causa fiūt. ¶ Item ꝛ per abbates potest fieri talis vnio si sit per eos prescriptum vt no.per archi.in.c.cum singula.de preben.lib.vj.ꝛ glo.ꝛ doct.in cle.j.§.ad hoc.s.alle. ¶ Item per legatū de latere potest fieri talis vnio irrequisito consensu abbatis vt tenet Lappus ꝛ post eum cardi.flo.ꝛ Imola in clemen.prima.§.ad hoc.de statu mona.pro quo.c.dilectus.de off.legati.ꝛ.c.si abbatem.de elec.lib.vj ꝛ in.c.j.ꝛ.ij.de offi.legati.eodem libro.ꝛ in.c.j.de verb.signi.lib.vj.ꝛ de hoc per Cardi.flo.in.c.fi.de confirma.vtili vel inutili. Ita tenēt domini de rota cōclusione sua.liij.que incipit. Item qđ legatus a latere ꝛc.vbi dicunt qđ licet legatus de latere non possit dismembrare vnam ecclesiam ꝛ alteri dare:qꝛ hoc est solum de reseruatis pape:vt voluit Inno. in.c.fi.de confirma.vtili vel inutili.ꝛ glo.in.c.quod translationem.de offi.legati. Tamē vnam ecclesiam alteri vnire potest etiam alterius religionis et regule strictioris vel

equalis:non tamen latioris.Quia dicunt ipsi iste casus non est de casib° reservatis pape de quibus in.c.quod translationem.de translatio.prelato.ʒ in.c.sicut vnire.per glo.ʒ docto.extra de excessibus prelatorum. ¶Si ergo diocesanus et abbas ex prescriptione aclegatus de latere possint tales vniones facere:multofortius poterit generale concilium quod representat vniuersalem ecclesiam militantem:ʒ in quo residet plenarie illa potestas per Christum ecclesie militanti data.quodcunqꝫ ligaueris ꝛc.de quo pleue per Ludouicum de roma.in tractatu suo de cardinalibus.et de hoc habetur in pragmatica sanct.in decreto de auctoritate et potestate sacrorum generalium conciliorum. Imo si papa possit talem vnionem facere:de quo non est dubium: quia vt dicit Host. in.c.quanto.de translatione prelatorum:dei ʒ pape consistorium. Idem est argu. c.ij.ʒ.iij.extra de translatione prelatorum.ʒ.c.romana.de appellatio. libro.vj. ¶Et breuiter papa quasi omnia potest vt deus excepto peccato.vt de penitentijs.distinc.ij.§.charitas.facit ad hoc dictum Specu. in titu.de legato.§.nunc ostendendum.versi.lxxix.vbi dicit quod papa est successor et vicarius christi vicem veri dei gerens in terris.ʒ Bald.in.l.j.C. de precibus imperatori offeren. tractans de potestate pape dicit quod omnia beneficia mundi respectu ipsius pape sunt obedientialia et manualia: ideo potest pro libito beneficia vnire et diuidere ʒ transferre.Idem etiam potest sacrosanctum consilium quod eandē potestatē habet vt papa:et maxime in istis beneficijs. ¶Nam christus omnibus apostolis eādem potestatem tribuit. Et non solum petro licet ipsum Petrum voluerit esse caput omnium vt denotaretur inter se quedā vnitas. ʒ quē Petrum ceteri apostoli elegerunt in eorum cephas post ascensionem Christi. Sed concilium sacrum vniuersaliter congregatum representat vniuersalem ecclesiam militantem et omnes apostolos:loco quorum successit ipsum sacrū concilium:ideo valuit dicta vnio per dictum sacrum concilium generale facta. ¶Preterea valet dicta vnio aregrandis cum expost etiam fuerit confirmata per papam Eugenium et postea per papam Nicolaum: quia confirmatio papalis vnionis ecclesiarum facta ex certa scientia firmat et validat nedum quo ad solennitatem:sed etiam quo ad substantiam vt no. per Innocen. in.c.j. de transa.ʒ in.c.j.ʒ.ij. de confirma.vtili vel inutili.facit ca.veniens. cum materia extra de transactio.Et pondero verba in ipsa confirmatione Nicolai pape apposita.Nam ibi ponit quod proprio motu et ex certa scientia ʒ de plenitudine potestatis approbauit ʒ ratificauit.Et primo ibi ponit proprio motu: que verba tollunt omnem subreptionem.c.si proprio motu.cum ibi nota.de preben. libro.vj.Item et ibi ponitur quod ex certa scientia confirmat:que confirmatio ex certa scientia operatur vt id quod confirmatur vires habeat: ʒ si aliquid ex incuria omissum fuerit suppletur. vt nota.in.c.illa quotidiana.de elect. et de transa.c.primo.Et operatur vt non solenne reddatur solenne. C. de testamen. l.omnium.Et inutile et inualidum reddat vtile et firmum.ij.questione prima c.in primis.

¶Item vbi ponitur quod ratificat quod importat vt ex tempore vnionis facte per concilium Basilieñ.sit valida.quia illa ratificatio retrotrahitur ad tempus ipsius vnionis.de quo in.c.prudentiam. per Innocen.de offic. delega. et per Bartol.in.l.iij.§.fina.ff.de offic. proconsul. et in regula ratihabitio. Item ibi ponitur in dicta confirmatione Nicolai quod firmam vult habere et habet.que dictio firmā importat vt de facto firmū habeat.Nā dictio ratū ʒ firmū differunt:qꝛ ratū est nomē iuris:firmū est facti:quia de iure ratū habere nō posset iñ de facto vult firmū habere.Ita dicit gl.singularis.ʒ ibi Bar.ʒ doc.in.l.id qd pauperib°.C.de epis.ʒ cle. ¶Itē ibi ponit de plenitudine ptātis: que ple=

nitudo potestatis tollit omnia substantialia iuris ꝛ requisita de iure vt si alis de iure et fm dispositionem iuris ratificare et confirmare nō posset: tamen de plenitudine potestatis sup̄a ius ratificat ꝛ confirmat vt in.c.propofuit.cū sua materia.extra de concessione preben. ¶ Nec obstat qđ post vnionem factam p concilium Basilieñ.accessit ad Eugeniū ꝛ se fecit absolui ipse prior aregrādis eo quod adheserat concilio. Quia respondetur quod propter hoc non videtur renunciasse vnioni sue facte per concilium Basilieñ. Sed quia formidabat de excommunicatione lata per papam Eugenium cōtra adherētes cōcilio fecit se absolui ad cautelam sicut facere debuit: attento qđ bonarū mentiū est timere culpam vbi culpa nō est.cap̄.ad eius.v.distin.ꝛ.ca.concilium.de obseruatione ieiuniorū.ꝛ.c.primo.de purificatione post partum. Et sententia pastoris iusta vel iniusta est timēda.c.sentētia pastoralis.xj.q.iij. ¶ Item etiam alia ratione accessit ad eugeniū vt ab eo obtineret nouū titulum: quia non est incōueniēs nec a iure reprobatū qđ quis plures titulos acquirat super vno beneficio vel super vna vniōe.vt puta si habeam titulum ꝛ vnionē ꝛ collationē ab episcopo possum eandē petere ab archiepiscopo vel a papa.vt dicit Cardina.florētinus per illū text.in capitu. post electionē.de cōcessione preben. Idē sequitur Panormita.in capitu.olim. de re iudica. ¶ Fallit secundum eum ibi: vbi prima collatio haberetur a papa: quia si tunc acciperet aliam collationem ab inferiore priuaretur vtraq;: quia videretur hoc facere in elusionē pape per tex.in cap̄.cum olim.sup̄a allega. ¶ Et posito qđ renunciasset dicte vnioni facte per concilium Basiliense cū iuramento. Tamen quia expost fuit per Nicolaum confirmata potest se ex ea iuuare tanq̄ de nouo facta.argumen.ca.cū inter.p. vbi videtur tex.ad litteram.cum ibi nota.per gloss.Imol.Hostien.ꝛ Ioan.an=

5 dree.extra de renunciatione. ¶ Et facit ratio: quia quis factū simpliciter sine qualitate potest reprobare ꝛ ei renunciare: ꝛ qualitatem facti subsequutā approbare: seu factū cū qualitate approbare: vt per Bar.in.l.j.§.sed ꝛ si cum quis. ff.de vi ꝛ vi armata. Et per Bald.in.l.cū inter.C.arbi.tutele: ꝛ.l.prima.C.de furtis: ꝛ capitu.cū quis.de senten.excōmunicatio.libro sexto: ꝛ per Bar.l.prima.§. deiecisse.ff.de.vi ꝛ vi armata. Ubi dicit q; possum acceptare factū ꝛ non qualitatem facti: sic renunciare facto simpliciter ꝛ acceptare factum cum qualitate. ¶ Ad tertium quesitum si dicta vnio sortita fuerit effectum ante reuocationem generalem factam per Nicolaum in sua coronatione. Et dicendum est quod sic: quia ante dictā reuocationem ipsa vnio fuerat exequuta: et ipse dominus Aregrandi missus in possessionem: et perceperat fructus per octo annos ante creationem dicti Nicolai. Quia si illud videtur sortitum effectum et perfectum esse quod deductum ad eum casum in quo in vsu esse potest: ꝛ deducens vtitur ꝛ vti ea re potest: vt.ff.de auro ꝛ argento legato.l.quintus.ꝛ.ff.de verbo.significatio.l.edificiis.

6 ¶ Et dicitur res perfecta ꝛ suum effectum sortita quando ad exequutionem est deducta vt volunt Barto.ꝛ Bald.et Ange.in.l.metum autem.§.sed ꝛ quod prestor.ff.quod metus causa. Et ponit de gentilibus in suo repertorio in verbo proficere. ꝛ in verbo perpetrare. Et pro hoc facit.capitu.finale.cum ibi not.per Lappum: ꝛ de sancto geminiano.de concessione prebend. libro sexto. ¶ Preterea quia dicta reuocatio facta per Nicolaum in sua coronatione non potest nocere de dicto de aregrandis: quia non habet locum vbi ius est iam quesitum partium re. Sed solum habent locum tales reuocationes quando est quesitum ius ad rem et non ius in re.capitu.si is cui.ꝛ capitu. quedam cum ibi notatis per gloss.ꝛ Domi.de sancto geminiano.de preben.libro.vj.facit text. in ca.fin.

et ibi propria materia de concessione preben. lib. vi. Et videtur iure ius quesitum in re qñ vnio est facta per exequutorē ad hoc deputatum et acceptata per illum qui impetrauit vnionem vel ad cuius vtilitatem vnio facta est. Ante eñ acceptationem nō est quesitum ius in re sed solum per vnionem per exequutores factam et acceptationem subsecutam. ita tenēt lappus Abbas dñs christoforus de castellione et domi. de sancto gemin. in. c. fi. §. sane. de concef. preben. lib. vi. et. c. si is cui. et. c. si tibi absenti. de preben. eod. lib. et facit cle. fi. cum ibi no. vt lite penden.

¶ Nec obstat dicto de aregrandis si prior veyneti semper mouit cōtrouersiam super facto dicte vnionis et possessorio dicti prioratus sancti cirici: quia imo dictus prior aregrandis dr̄ fuisse et esse pacificus possessor dicti prioratus de veyneto qd iam

7 possedit octo annis. † Quia pacificus possessor dr̄ qui hz liberum iuris exercitium licet maioris partis possessionem non habeat. ſm Cardi. flor. et doc. in cle. gratie post glo. de rescrip. allegant no. per guillelmum durandi. in. c. licet canon. de elect. lib. vi. et glo. in. c. cōmissa. de elec. eo. lib. Vel pacificus possessor dr̄ ille qui habet administrationem bonorum ecclesie vel maiorem partem ſm lappum in. c. cōmissa. de elec. lib. vi. sup glo. que incipit quādiu. cuius opinio bis seruata fuit in rota vt habetur recitatiue per dños de rota conclusione. lvi. in additione illius decisionis. Vel pacificus possessor dr̄ et pacifice possidere vbi aliquis est in possessiōe beneficij licet moueatur sibi lis super beneficio tñ adhuc videtur possessionem pacificam habere. Quia ad hoc vt quis videatur possessionē pacificam habere sufficit qd de facto possideat licet super iure et beneficio cō trouersia sibi moueatur et notauit Inno. in. c. cōstitutus. in gl. de appellationibus. et Archi. et de sancto geminiano in. c. fi. §. sane. de concef. preben. et in. c. si tibi absenti. de preben. lib. vi. ad qd facit. l. vim facere. ff. de vi et vi ar. Et ita iura predicta re-

a citando tenent domini de rota[a] conclusione sua. lvi. que incipit item sufficit impetranti etc. in additione illius cōclusionis.

a ¶ Dñi de rota. Sed vi det. l. nemo C. de acqui. pos. et vide l. consi. eis.

¶ Pro expeditione quarti quesiti premitto primo facto qd antequã de veyneto vnq̃ impetrasset vnionem suam sancti cirici: scilicet per annum ante. dñs stephanus bertrandi tunc prior sancti cirici vna cum suis monachis capitulariter cōgregatis tractatu habito et cum alijs solennitatibus prehabitis constituerunt certos procuratores speciales ad vnionem faciēdam per papam vel eorum superiorem cum omnimoda potestate subijciendi vniendi et transportandi dictum prioratum sancti cirici in prioratum aregrandi et regulã illam profitendi quod facere potuerunt in eorum preiudicium et valuit vnio quo ad eos adeo amplius penitere non potuerunt tex. cum glos. et ibi not. per Innocen. Hostien. Joan. andr. et Panor. in capitu. inter dilectos. extra de donatio. allegant ad hoc capitu. quod in dubijs. de renunciatione. et septima questione quinta. capitu. si quis. facit textus cum sua gloss. in capitu. cum dilectus. extra de his que vi metusve causa fiunt. facit quod ibi voluit Henricus bohic. post Innocen. Hostien. et Joan. andre. in. q.

8 sita distinctio. vbi tractat.† An religiosi possint sua autoritate ad aliam religionem strictiorem se transferre. ⁊ distinguunt in hoc. An possint facere singulariter ⁊ per modum singulorum ⁊ dicere ꝙ sic petita licentia licet non obtenta: vt in.c.licet.de regularibus. Aut per modum collegij ⁊ hoc facere possunt sine licentia superioris ⁊ diocesani in ipsorum preiudiciū: ad hoc vt ipsi cōtradicere nō possint sed in p̄iudiciū diocesani ⁊ superioris nō possunt. ita voluit Host. in.c.cum inter dilectos.de dona. ¶ Scdo premitto ꝙ vnio veyneti non valuit: quia in ea non fuit facta mentio de consensu habito ⁊ constitutione procuratorum facta per priorem sancti cirici vt vniretur prioratui aregrandi: sed tacuit qđ si expressisset minus vnionem habuisset. Ideo talis impetratio vnio ⁊ sequela sunt ipso iure nulla. c. super literis.cum ibi not.per glo. Inno. Hostiē. ⁊ bohic in sua.j.dist.de rescrip. ⁊ hoc qñ rescriptum est gratiosum ⁊ ɔtinet gratiam. sicut istud faciebat qr tendebat ad vnionē faciendā: qr tunc litere ⁊ bulle sunt ipso iure nulle ⁊ omnia secuta ex eis vt in.d.c.super literis. ⁊.ff. de in ius voc.l.sed si hac lege.§.patronum. ⁊.l.si quis obrepserit.ff.de fal. ⁊ in clem.j.per glo.Car.flo. ⁊ doc.de pba. ¶ Et ratio quare processus non valet qr si litere non valent nec per consequens processus per eas factus: vt in.c.inter dilectos.extra de fide instru. ⁊ in.c.ipso iure.de rescrip.lib.vj. ⁊ facit glo.in.c.nouit.de his que fiunt a prela.sine consensu capi.que dicit ꝙ litere impetrate fm formam iuris tacita veritate non sunt nulle ipso iure: sed si sunt impetrate contra formā iuris sicut erant iste sunt nulle ipso iure. Et ratio potest esse: qr ea que fiūt fm iuris dispositionem non ita annullantur sicut illa que fiunt contra iuris dispositionem: vt in dicta glos. ¶ Nec obstat ꝙ dictus frater stephanus bertrandi olim prior sancti cirici consenserit vnioni de veyneto: quia ipse primo constituerat procuratores ad faciendum vnionem prioratui aregrandi ⁊ iurauerat ⁊ sui monachi non reuocare. Ideo postea penitere non potuerunt re non integra: videlicet post presentationem vnionis sacro concilio basiliensi.c.quod in dubijs.cum ibi not.per Inno. ⁊ Hostien. de renuntiatio. ⁊ in.c.bone.io grando.de postulatio.prelato. ⁊ in clemen.prima. cum materia de renū. ¶ Nec obstat si papa Nicolaus cōcesserit vnam bullam dicto de veyneto expost proprio motu ⁊ ex eius certa scientia per quam mādauit ꝙ sortiatur effectum vnio dicti de veyneto: qr respondetur ꝙ dicta bulla est nullius momenti: primo qr tempore impetrationis lis pendebat inter eos super facto dicte vnionis. Ideo non valet: vt in toto titulo. vt lite pendente nihil innouetur. ⁊ l.j. ⁊.ij.C.vt lite penden. Et Bal.ibi dicit ꝙ rescriptum tendens ad priuilegiū seu gratiā non potest impetrari lite pendente super causa: super qua lis pendet.facit ad hoc.l.ij.C.vt lite pendente. ⁊.c.j. ⁊.c.cum dilectus. de rescript. ⁊.c. ex literis.de dolo ⁊ contu. ⁊.c.penul.de priuileg. ¶ Secundo qr in impetratione non fit mentio de statu cause: ideo non valet impetratio siue bulla.tex.iuncta glo.in.c.monasterium.de re iudi. Nam non sufficit facere mentionem in secundis bullis de primis nisi etiam fiat mentio de processu habito prius et de statu cause ⁊ processus: vt in.d.c.inter monasterium.de re iudi. ⁊ facit.c. ex literis.de dolo ⁊ contu. vbi est ꝙ in secūdis bullis ⁊ in secundis literis fiat mētio de clausula notabili posita in primis bullis: al's secunde non valent. ¶ Et idem dicendum est quo ad hoc vt causa abdicetur a manibus ordinarij opz ꝙ in cōmissione que fit delegato fiat mentio de pcessu ⁊ cause coram ordinario habito. al's litere sunt subreptitie.argu.dicti.c. inter monasterium. de re iudica. not.glo.in.c.vt debitus.de ap. ⁊.c.prudentiam.de offic.dele.facit dictum Bal. in.l.j.C.de relationibus.vbi dicit ꝙ quando petitur causa alteri iudici cōmitti: debeat fieri mentio de pcessu coram primo habito: ⁊ alle.ad hoc illum tex.⁊

tex.in.c.inter monasterium.3.alle.et faciunt not.in.l.prescriptione.C.si contra ius vel vtil.pub.in.xv.colum.facit quod dicit Saly.in.l.ij.C.vt lite pen.vbi dicit quod non licet supplicare lite pendente:nisi fiat mentio de processu et statu cause.et alle.dictum.c.inter monasterium.Et dicit idem Saly.quod non prodest supplicare cum clausula generali non obstante litis pendentia/ nisi fiat mentio de processu et statu cause.Tum quia tacuit confirmationem tam per eugenium quam Nicolaum factam ex quo debet dici nulla.capitu.ex parte.de constitutionibus.et capitu.dilecto.prope finem.de preben.Tum quia in impetratione tacuit quod de consensu prioris sancti cirici et capituli sui fuerit facta vnio ad vtilitatem aregrandi.c.ceterum.cum materia de rescrip.Tum quia tacuit binas sententias latas super vnione ad vtilitatem aregrandi in.c.inter.de fide instr.c.per vestras.de donatio.inter virum et vxo.et in Specu.in titu.de rescript.presenta.§.ratione quoque.versi.item excipitur.Tum quia fuit dicta bulla impetrata super re cum cause cognitione confirmata.c.bone.lo.j.de confirmatione vtili vel inutili.et in Spec.de rescrip.presentatione.§.ratione autem cause.versic.item quod obtentum.Tum quia dicta bulla non transiuit per cancellariam sed per cameram et fuit obtenta contra stilum curie:ideo nulla.c.licet cum materia de crimine falsi.facit quod voluit Specu.in titu.de rescripti presentatio.§.j.versi.igitur excipitur.cum versicu.sequentibus.Tum quia dicta bulla fuit impetrata in enormem lesionem iurium ipsius aregrandi et ecclesie sue et ipso non audito sed indefenso.l.rescripta.C.si contra ius vel vtili.pub.que est canonizata.in capi.rescripta.xxv.q.ij.et ca.suggestum.de decimis.et in.c.ij.de rescrip.Tum quia rescriptum gratie et bulle debent concedi sine preiudicio tertij.l.j.ff.si quis a principe.et.l.merito.ff.ne quid in loco publico.et.c.quotiens.de rescri.Ex quibus propterea sequitur responsio ad quartum quesitum quod non valuit bulla dicti de veyneto.

Summarium.

1 Mens testatoris seruari debet verbis etiam impropriatis.

Consilium.cxxxv.

Consilium pro nobili bona pilate si ipsa tanquam de liberis domine peronete sauuerie vxoris quondam domini ludouici porterij fuerit vocata et inuitata pro rata sua ad bona et hereditatem que quondam fuerunt rambaudi sauuerij primi testatoris ioannis sauuerij secundi testatoris:et rambaudi tertij testatoris: et visis dictis tribus testamentis cum processu super hoc seruato contra Joannem porterij dico indubitanter quod ipsa ad dicta bona et hereditatem fuit vocata et inuitata.Primo ex testamento dicti rambaudi primi testatoris: vt clare patet ex clausulis ipsius testamenti.Et maxime in clausula ibi si vero omnes dictos Joannem etc.inserto in processu originali super hoc formato.folio.cv.in qua clausula ipse rambaudus primus testator substituit liberis filiarum suarum ioannem et antonium sauuerij fratres de noyerio ibi dum dixit substituit ioanni eius filio heredi guigone ioanne francesie:peronete et guillelmete eius filiabus et cuiuslibet ipsarum liberis:videlicet ioannem et antonium sauuerij de noyerio. Nam substituendo dictis de noyerio liberis dictarum suarum filiarum ipsos liberos filiarum grauauit de restituendo substitutis de noyerio/et grauando de restituendo videtur ipsos liberos filiarum substituisse in bonis suis post dictas eius filias.l.denique.§.interdum.ff.de peculio legato.facit bene.l.alio.in fine.et ibi glos.ff.de alimen.et cibar.lega.et bene facit vt dicit Barto.l.si ita stipulatio facta fuerit.in principio.ff.de operis libertorum.facit etiam ratio

vltra Barto.quia quando aliquid conceditur videtur concessum eius antecedens sine quo ⁊c.l.ad legatum.et.l.ad rem.ff.de procuratoribus.

¶Et qd dicti liberi filiarum hoc casu de quo agitur videantur etiam substituti quia grauati dicit et tenet Barto.in.l.centurio.in.q.vltima tertie questionis principalis.versi.quero vlterius quid si testator ⁊c.ibi:cogitaui ⁊c.ff.de libe.et posthu.quem ibi sequitur Ange.de are.et Jo.ferrarij in titu.forma libelli.quo agitur ad restitutionem fideicommis.in.x.colum.ibi:rursus queritur ⁊c. in primo membro sue dist.licet alia ratione quam Bar. Et ita scdm hanc opinionem Barto.consueuit curia parlamenti iudicare ⁊ seruare vt dixi in decisionibus parlamenti. questio.xxxix. circa medium. ibi.Nisi vt alibi dicit Bartol. ex tacita mente ⁊c.

¶Sed quid dicemus ad.l.lucius.la.ij.in prin.⁊ ibi notatorum.ff.de here.insti. vbi glo.Ray.Bar.Bald.Gaufredus de saliniaco.Joan.de imo.⁊ plures alij in iure scribentes quos recitaui in dicta.q.xxxix. decisionum parlamenti tenent qd liberi liberorum non videntur substituti.¶Ad hoc respondet Barto.in dicta.l.centurio.ibi cogitaui ⁊c.qd opinio dictorum doctorum esset vera.vbi filijs filiorum nullum grauamen esset appositum:alias secus dicit ipse Bar. sed grauamen fuit appositum dictis liberis filiarum vt.s.in principio declaraui.ideo videntur substituti vt ibi notabiliter per Barto.¶Sed quid dicemus ad aliam clausulam dicti primi testamenti que est scripta in dicto processu.fo.ciiij.verso. vbi ipse primus testator substituit Joanni eius filio et heredi dictas quinque filias suas per verba sequentia:videlicet si tunc viuerent: sed dicta peroneta ex post domina effecta quia vxor doctoris superuixit dicto Joanni filio et heredi dicti primi testatoris:ideo videtur qd in persona ipsius domine peronete deuenerit tota illa hereditas et post eam fuerint expirati omnes alij gradus substitutionum:et hoc est quod voluit dicere dictus Joan.porterij in.xxv.suorum articulorum exceptionalium. Sed ad hoc respondeo qd per illa verba si tunc viuerent: relata ad filias non videtur testator exclusisse liberos filiarum imo ipsos liberos filiarum voluit post filias suas expresse admitti vt patet ex verbis ibi sequen.dum dicitur et de vna ipsarum ad aliam et cuiuslibet ipsarum liberos ⁊c.Item etiam de hac mente dicti primi testatoris apparet in alia sequenti clausula ipsius testamenti que incipit se vero omnes dictos ⁊c.vbi substituit dictis filiabus suis et earum liberis dictos de noyerio vt.s. in principio plene declaraui:ita qd per dictas clausulas apparet de mente dicti primi testatoris qd voluit post filias suas earum liberos admitti ad eius bona nõ obstantibus illis verbis si protunc vixerint ⁊c.relatis ad eius filias:quia magis mens quam verba testatoris est attendenda.l.cum verum.C.de fideicommis.et.l.penulti.ff.de lega.primo.

a †Et verba testatoris etiam quandoque impropriantur vt seruetur mens testatoris etiam tacita per dictam.l.lucius.la secunda.ff.de heredi.institu.et.l.generaliter.C.de institu.et substitu. sub conditio. factis. facit l.si is qui ducenta.§.penulti.ff.de rebus dubijs.et plene per Bartol. et doct. in l.gallus.§.quidam recte.ff.de liberis et posthumis.⁊ in.l.moribus.in princip. ff.de vulga.et pupilla.substitu.Quia non mens verbis sed verba menti subiecta capitu.intelligentia sermonum.extra de verborum significatio. not. etiam per doct.in propria materia in dicta.l. centurio. maxime in fideicommissarijs substitutionibus in quibus testator sibi prouidet eius mens etiam coniecturata militat et est in iudicando attendenda: vt in.l. cum proponebatur. ff. de leg.ij.⁊.l.heredes mei.§.j.ff.ad treb.et.l.lucius.ff. de here.insti.cũ ibi no.quia voluntas testatoris coniecturata etiam dicitur ⁊ debet censeri euidens ⁊ expressa voluntas testatoris.l.quidam testamento.ff.de vulg.⁊ pupil.⁊.l. licet imperator.

ff.de leg.j.⁊.l.si quis locuples.de manu.testa.Et sepissime voluntas testatoris interpretatur vel declaratur etiam per relationem ad aliud.in.l.j.ij.⁊.iij.ff.de libe.⁊ posthu.cum si. ¶Sed circa premissa videndum est si dicta nobilis bona et alij liberi dicte domine peronete fuerint simul vocati ad dicta bona cū ipsa peroneta vel ordine successiuo post mortem ipsius perronete:dubitationē faciunt illa verba inserta in processu.fo.cv.ibi eius filiabus ⁊ cuiuslibet ipsarū liberis propter illam cōiunctionem et.Sed dico qd non obstāte dicta coniunctiōe et:fuerūt ipsi liberi filiarū vocati ad dicta bona ordine successiuo vel post mortem dicte peronete eorū matris:q: ibi cadebat affectio charitatis in filiab9 ipsius testatoris plusq̄ in liberis earū.ita dicunt ⁊ tenent glo.⁊ Bar.in.l.gallus.§.quidam recte.ff.de libe.⁊ posth.in.ij.col.Idē tenent Dr. Andreas de pisis Bal.⁊ Ang.de perusio.⁊ ista est cōis opinio vt refert dn̄s Jac.de puteo in.d.§.quidam recte.idem etiam tenet glo.in.l.cum pater.§.penul.ff.de lega.ij.

¶Sed an dicta nobilis bona ⁊ alij liberi dicte peronete fuerint silr vocati ad dictam hereditatem ex dispōne Joannis sauneri secūdi testatoris filij dicti rābaudi primi testatoris:⁊ dicendū est qd sic.quia sicut dictus rābaudus ei9 pater substituit dictas suas filias ⁊ earū liberos:silr etiam facit dictus Joannes scds testator in suo testō cōplendo ⁊ cōfirmando omnes substitutiones per dictum rambaudi eius patrem primū testatorem factas:vt patet in dicto processu.fo.cxxj.verso.⁊ fo.seq.⁊ ibi sufficiet remissio cā breuitatis etiam circa dictum testm̄ Joannis. Nihil hic in iure scribo:q: satis scripsi supra circa testm̄ rābaudi eius patris:q̄ duo testamenta sunt vniformia. ¶Et similiter etiam testamentum alterius rābaudi tertij testatoris filij dicti Joannis cum sit conforme cum duobus primis testamentis:dico qd dicta nobilis bona etiam fuit substituta in dictis bonis virtute etiam dicti tertij testamenti rābaudi vltimi testatoris.

¶Nec est verum qd ex eo qd dicta katherina lamberte auia paterna dicti rābaudi vltimi testatoris successit vigore pupillaris substitutionis guidoni sauneri filio dicti rambaudi vltimi testatoris in pupillari etate defuncti/alij gradus substitutionum expirauerint:vt pretendit ipse porterij in.xiiij.suorū articulorum:q: de contraria mente ipsius testatoris apparet tenore sui.fo.cxxxij.verso.ibi:vel agnouerit ⁊c.vbi ipse testator expsse voluit qd posito qd ipsa Katherina ei9 auia paterna in scdo gradu substituta dicto Guidoni pupillo posthumo agnouerit vel nō agnouerit dictam substitutionem factam dicto pupillo. Et qñcunq: decesserit dicta eius auia sibi heredes instituit:⁊ dictis posthumo et auie substituit vulgariter ⁊ per fideicōmissum dictam peronetam et taquemetam eiusdem testatoris auunculas ⁊c.Et sequitur ⁊ ipsas earumq: liberos adinuicem substituit:ita ⁊ taliter qd de vna si decederet sine liberis ad altā superuiuentem seu ei9 liberos dicta ei9 bona reuertātur pleno iure ⁊c.Ex quib9 vbis clare pz de mēte ipsi9 vltimi testatoris qd ipse voluit qd mortuo dicto guidone posthumo pupilla dicta auia sua succederet:⁊ ipa auia mortua dicte dne sorores ei9 auūcule ⁊ earū liberi:q: volūtas est seruāda vt iurib9 supra allegatis.etiam quia substantialia pupillaris substitutionis a iure introducta alterantur etiam ex tacita mente testantis:vt habetur per glo.Bart.⁊ docto.in.l.moribus.in.ix.col.ibi:vlterius dixi ⁊c.ff.de vulga.⁊ pupil. ¶Preterea nō videtur insistendum super dicto testamento rambaudi vltimi testatoris cū ab ipso vltimo testatore non obuenerint/de quibus agitur contra dictum porterij:sed obuenerunt ex persona ⁊ dispositione dicti rambaudi primi testatoris dominii dictorum bonorum de quibus agitur:ideo super illo primo testamento est insistendum et non super alio nisi respectu legitime et trebellianice que obuenerant dicto rambaudi vltimo testatori ex persona dicti Joannis eius patris rogati filij

gati filij rambaudi primi testatoris:sed illud veniet in detractionib⁹ fiendis facta adiudicatione dicte nobili bone de parte sua dictorum bonorum.

¶Summarium.

1 Consequenti cōcesso censetur cōcessum omne eius antecedens necessariū.
2 Substitutio que nondum euenit non est in bonis nostris.

¶Consilium.cxxxvj.

Si nobilis Joannes pilati fili⁹ et heres nobilis Joānis pilati quondam filij dn̄e peronete sauuerie vxoris quondam dn̄i Ludouici porterij:que dn̄a peroneta fuit de filiabus rambaudi sauuerij poterit iuridice ipse Joannes pilati cōcurrere cū nobili bona pilate in processu per eū formato ꝯ nobilem Jo.porterij ad cōsequendum aliam tertiā partē bonoꝝ et hereditatū que quōdam fuerūt dicti rabaudi patris dicte dn̄e peronete:pro cuius quesiti declaratione examināda sunt in iure pūcta sequētia. ¶Primo et si liberi dicte dn̄e peronete fuerūt in dictis bonis substituti et inuitati ad dicta bona et hr̄ditatē ex dispōne testamētaria dicti rābaudi p̄risdicte dn̄e ponete. Scd̄o et si ipsi liberi dn̄e peronete fuerint i dictisbonis substituti post dictā peronetā eoꝝ matrē an illa substō fuerit caduca respectu dicti pilati moderni ex eo qd̄ dict⁹ quondā Joannes pilati pater decessit ante dictam dn̄am peronetam. ¶Tertio et si locum habuerit dicta substitutio an eidem pilati opponi poterit aliqua p̄scriptio per nobilem Joannem porterij:q̄ dicta bona tenuit et possidet absq; aliqua interpellatione respectu dicti pilati.xxx.annis.et vltra a morte dicte dn̄e peronete. ¶Ad primū si dicti liberi dn̄e peronete fuerint tenore dicti testamēti rambaudi sauuerij primi testatoris inuitati et substituti in dictis bonis et hereditate:et circa hoc dico indubitāter qd̄ sic cū ipse testator in dicto suo testō post certos alios gradus substitutionū substituerit liberis filiarū suarū Anto.et Jo.sauuerij de noyerio:nā substituēdo dictos de noyerio liberis dictarū suarū filiarū ipsos liberos filiarum grauauit de restituendo substitutis de noye.et grauādo eos de restituēdo videtur ipsos liberos filiarū substituisse post dictas suas filias.l. deniq; §. interdum.ff.de pecu.leg.facit.l.alio.in fi.et ibi glo.ff.de ali.et cib.leg.et bene facit. dicit Bar.l.si ita stipulatio facta fuerit.in prin.ff.de ope.liber. Facit etiā ratio
1 vltra Bar.†quia qn̄ aliquid cōceditur videtur cōcessum eius antecedens sine quo &c.l.ad legatū.et.l.ad rem.ff.de procu.Et qd̄ dicti filij filiarū in casu de quo agitur videantur substituti:q: grauati dicit et tenet Bar.in.l.centurio.in.q.vlti.tertie q̄onis principalis que incipit/quero vlterius q̄d si testator &c.ibi:cogitaui &c.ff.de lib.et posthu.quē ibi sequitur Ange.de are.et Jo.fer.in ti. forma libelli quo agitur ad restitutionē fideicōmissi in.x.col.ibi:rursus queritur &c. in primo membro sue distinctionis licet alia rōne quam Bar. ita scd̄m hanc opi. Bar.vidi iudicari in curia parlamēti.vt dixi in decisionib⁹ ipsi⁹ curie.q. xxxix. circa medium.ibi:nisi vt alibi dicit Bar.ex tacita mēte &c. ¶Sed quid dicem⁹ ad.l.lucius.la.ij.in prin.et ibi no.ff.de here.insti.vbi glo.Ray.Bar.Bald.Gaufridus de saligniaco.Jo.de imo.et plures alij in iure scribentes; quos recitaui in dicta.q.xlix.decisionum parlamenti tenent qd̄ liberi liberorum non videntur substituti sed adiecti in vim conditionis.Ad hoc respondet Bar.in.d.l.centurio.ibi.cogitaui qd̄ opi.dictorum doctorum esset vera vbi filijs filioꝝ nullū grauamen fuisset appositum:al's secus.dicit ipse Bar.sed grauamē fuit appositum dictis liberis filiarum:vt supra in prin.dixi.Ideo videntur substituti:vt ibi dicit Bar.quam opi.Bar.sequitur Pet.de anch.in.c.si pater.de testa.lib.vj. ¶Sed an dicti liberi fuerint simul vocati in dicta domina peroneta eorū matre vel successiue post eorum matrem dubitationem faciunt illa verba ibi eius

filiabus ⁊ cuiuslibet ipsarum liberũ propter illam coniunctionem. Sed dico qd nõ obstante illa coniunctione ⁊ fuerunt ipsi liberi aliarum vocati ad dicta bona ordine successiuo: vez post mortem dicte peronete eorũ matris: q: ibi cadebat affectio charitatis in filiab⁹ ipsius testatoris plusq̃ in liberis earũ. ita dicunt glo. ⁊ Bar. in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ⁊ posthu. in. ij. col. idez tenent Py. An. de pisis. Bal. ⁊ Ang. de perusio. et est cõis opi. vt refert dñs Jac. de puteo in. d. §. quidã recte. idez tenet gl. in. l. cũ pater. §. pe. ff. de leg. ij. Et qd dicti liberi veniãt ordine successiuo satis declarauit dictus testator in dicto suo testamento ibi. Et post eas ipsarũ liberos ⁊c. ¶ Et silr ad dicta bona sunt vocati dicti liberi filiarũ in alijs duob⁹ testamentis: vez in testõ Joannis filij dicti rambaudi primi testatoris. Et similiter in alio testamento rambaudi filij dicti Joannis qui omnes secuti sunt eandem formam testandi respectu dictarũ filiarum ⁊ liberorum suorum. Et similiter dicta domina peroneta volens insequi voluntatem dicti sui patris omnes substitutiones per eius quondam patrem
1 in dicto suo testamento factas comprobauit et ratificauit expresse: vt patet tenore sui testamenti.

¶ Ad secundum si dicta substitutio respectu dicti nobilis Joannis pilati fuerit caduca ex eo qd dictus eius quondam pater decessit antequam dicta domina peroneta et sic antequam fuerit locus substitutioni et videtur qd sic per. l. si ex pluribus. in fine. ff. de suis ⁊ leg. heredi. ⁊ in. l. sed si plures. ff. de vulg. ⁊ pu
2 pil. † Quia substitutio que nondum euenit non est in bonis nostris: ideo non transit ad heredes. l. substitutio. cum ibi no. ff. de acquiren. rerum do.

¶ Sed credo contrariũ: quia ibi fuerunt substituti generaliter liberi dictarũ filiarum: quorum appellatione etiam continetur dictus nobilis Joannes pilati modernus qui est filius filij dicte domine peronete: videlicet dicti quondam Joannis pilati. pro quo. l. liberorũ. ff. de ver. sig. ideo dicit Ang. de peru. qd filius ex filia facta facit deficere cõditionem si sine liberis ⁊c. ita refert et tenet do. Jac. puteo. in. l. ex facto. §. fi. in fi. sui apparat⁹. ff. ad treb. ¶ Nec obstant verba in dictis testamẽtis adiecta ex earũ proprijs corporib⁹ procreatis ⁊c. q: nepos ex filio s: ex proprio corpore dicte dñe peronete nat⁹ vt dicit ⁊ tz Bal. in. l. j. C. de cõdi. insertis. ¶ Ideo dicta nobilis bona pilate tute egit in cã per eã inchoata cõ dictũ porterij de cõsilio dñi guillelmi clementis legum doc. ei⁹ tunc aduocati q: non petijt nisi tertiã partẽ dictorũ bonorũ cognoscens qd alia tertia pars specialiter dicto Joanni porterij filio dicte dñe peronete: ⁊ alia tertia dicto Joanni pilati filio filij dicte dñe peronete ⁊ hoc de scdo. ¶ Ad tertiũ si prescriptio obstet dicto nobili Joanni pilati ⁊ credo qd non cũ ipse nobilis Joannes pilati ignorauerit dicta testamẽta. ⁊ ius aliqd ex eisdẽ sibi cõpetere ideo eisdem nõ potuit tp̃s causante ignorantia. l. ij. ⁊. l. peñ. C. q̃ admit. ad bonorũ posses. possunt. et in l. j. ff. de iur. ⁊ facti ign. ⁊ si posset dici tp̃s cucurrisse debere ipse pilati aduersus lapsum tp̃is in integrũ restitui q: etiam in maiore ignorantia est iusta cã obtinendi restitutionem. vt dicit ⁊ tz Ang. de are. insti. de actio. in. §. si q̃s agens. in. xiij. col. ibi: potest etiam dictum beneficium ⁊c. Et illa ignorantia presumitur nisi ex aduerso sciẽtia probaretur: vt iuribus vulgatis. ¶ Et vltra illã presumptionem iuris probabitur illa ignorantia per iuramentũ dicti pilati in. c. nulli. in fi. de elec. lib. vj. ⁊ hoc de tertio ⁊ vltimo puncto.

¶ Summarium.

1 ☞ Institutus in re certa heres censetur etiam si loco legatarij habeatur.
2 Filius institutuz in re certa alijs liberis ad repletionem legitime tenetur.
3 Prescriptio non currit ignoranti.
4 Ignorantia est iusta causa restitutionis concedende.

¶ Consilium.cxxxvij.

Consilium pro nobili Joannne pilati super codicillo katerine lamberte quondam relicte rambaudi sauuerij. Et super testamento domine peronete filie quondam dicte katherine: si ipse Joanes pilati debeat in bonis et hereditate dicte katherine lamberte succedere equaliter cum nobili Joanne porterij. et ad ipsum pilati pertineat medietas dicte hereditatis. Pro cuius dubij determinatione premitto sequentia. ¶ Primo quod dicta katherina lamberte proauia paterna dicti Joannis pilati in suo vltimo testamento sibi heredem vniuersalem instituit dictam dominam peronetam sauuerie eius filiam: vxorem tunc domini ludouici porterij legum doctoris nullo dato sibi substituto. ¶ Postea lapsis tribus annis vel circa dicta katherina lamberte fecit eius secundum codicillum quod voluit obseruari et pro lege haberi et teneri: in quo confirmauit et corroborauit dictum suum testamentum/ exceptis infra scriptis que detraxit et addidit: vt infra continetur. ¶ In quo codicillo continetur quod liberi dicti Joanis pilati videlicet masculi: quotienscunque locus euenerit quod succederent in eiusdem testatricis hereditate cum alijs liberis dicte domine peronete mediante persona dicte domine peronete vel aliis. Quod dicti liberi ioanis pilati succedant^a pro medietate in dicta hereditate sine difficultate quacunque post mortem dicte domine peronete: cum alijs liberis dicte domine peronete. Et ita eius animum declarauit per tenorem dicti sui secundi codicilli. ¶ Postea dicta domina peroneta ab humanis decessit prius condito per eam eius vltimo testamento in quo heredes particulares sibi instituit dictum Joannem pilati et guillielmum fratres eius nepotes filios Joanis pilati eius filij predefuncti in quatercentum floren. ¶ Et heredem sibi instituit vniuersalem dictum Joannem porterij. Qui ioannes porterij hereditatem dicte domine peronete adiuit: et pro eius herede se gessit et gerit bona et hereditatem dicte domine peronete tenendo et possidendo. ¶ Deinde etiam decessit dictus guillelmus pilati ab intestato et sine liberis superstite sibi dicto Joanne pilati eius fratre ac herede. ¶ Modo queritur de dubijs sequentibus facientibus ad decisionem dicte principalis questionis. ¶ Primo si locus euenerit quod dicti liberi Joannis pilati quondam successerint in hereditate dicte katherine lamberte testatricis cum alijs liberis dicte domine peronete. ¶ Secundo si illa dispositio potuerit fieri in codicillo vt dictus Joannes pilati per illam succedat et obtineat medietatem dicte hereditatis que quondam fuit dicte katherine lamberte codicillantis. Et qualiter et quomodo. Tertio si obstare poterit dicto pilati prescriptio propter lapsum.xxx. annorum qui effluxi sunt a morte dicte domine peronete.

¶ Ad primum credo quod euenerit locus quod dicti liberi Joannis pilati successerunt in dicta hereditate dicte domine peronete. cum dicto Joane porterij filio dicte domine peronete cum ipsa domina peroneta eos instituerit heredes licet particulares in dictis.cccc.flore. quos solum voluit eisdem pilati per dictum Joanem porterij eius heredem

a ¶ Succedant. si verbum succedat sit directum vel commune dicit Bart. quod est commune in l.centurio.circa finem.ff. de vulga. et pupillari.

vniuersalē per eā institutus. Quia institutus in re certa est heres licet habeatur loco legatarij q ad hoc ne conueniatur actionibus hereditarijs. ita dicūt: et tenēt Ja. de ra. et Ja. de bello visu et Cyn. in l. quoties. C. de heredi. insti. Quod sic probāt. institutus i re certa habet ius accrescēdi. l. j. §. si ex fūdo. et l. quotiēs §. si duo. ff. de heredi. instit. Si vero heres nō esset nō haberet istud ius: quia inter heredes et legatarios nō habet locū ius accrescendi. l. si nemo. ff. de regu. iur. Itē etiā instituto in re certa competit beneficium legis edicto. C. de edic. diui adri. tollē. sicut heredi vniuersali vt dicit Bartol. licet per verba forte in. l. ex facto. la. ij. ff. de heredibus institu. gloss. in. l. si quis priore ff. ad trebel. dicit qd institutus in re certa non habetur loco heredis nisi ad excludendum querelam que officiose etc. Barto. vero in. l. ex facto. la. ij. dicit qd institutus in re certa non est heres vniuersalis nec legatarius: sed est tertia species de per se q vocatur heres ex re certa partim capit ex natura heredis vniuersalis instituti: et partim ex natura legatarij: et quod institutus in re certa debeat venire ad successionem ex mente dicti codicilli tenet expresse Bar. in. l. vt iurisiurādi. §. si liberi. ff. de operis libe. et Bal. in. l. liberti libertecq. C. eo. tit. in. xij. col. ibi: sed quid si quidam extraneus etc. et spe. per verba latissima in titu. de testa. §. j. versi. fina. vbi videtur casus decisus. Et alibi dicit Bart. qd † filius institutus in re certa[a] tenetur ad repletionem legitime alijs libris pro rata sua cum herede vniuersali: ita dicit ipse in. l. in quarta. ff. ad leg. fal. ¶ Alia etiam consideratione dicti pilati successerunt in dicta hereditate cum dicto porterij: ex eo quod dicta domina peroneta in dicto suo testamento dictos pilati substituit dicto porterij: quia substitutio dicitur secunda institutio: vt iurib9 vulga. Licet in illa dispositione collata post mortem dicti porterij fuerint granati dicti pilati: quia non fuerunt simul in tota hereditate instituti cum dicto porterij: iuxta voluntatem dicte katherine lambertti codicillantis quam pro lege voluit obseruari.

a ¶ In re certa. si institutus in re certa habeatur loco heredis vel legatarij vide plene p3 do. ambro. de vi ginate in libro Jo. fer. s tit. forma libelli. que petitur heredi ex testamēto. in. ij. col.

¶ Ad secundum si illa dispositio respectu dictorum pilati fieri potuerit in dicto codicillo: et dico quod sic: sed illa dispositio trahitur ad fideicommissum et tenetur ipse porterij medietatem dicte hereditatis retenta quarta parte ipsius medietatis pro trebelliancia restituere dicto nobili Joāni pilati vt hec probātur in. l. sceuola. ff. ad trebel. et est bonus tex. in. l. cum quis decedens. §. femina. ff. de leg. ij. ¶ Sed restat vidēdum si dictus nobilis Joan. pilati poterit totam illam medietatem dicte hereditatis detractis detrahendis a dicto porterij petere. ¶ Dubium facit quia dictus Guillelmus pilati frater dicti Joānis pilati qui decessit post dictam dominam peronetam nō agnouit respectu sui dictum fideicommissum: ideo videtur quod nō transmiserit dicto Joanni pilati eius fratri heredi ab intestato. ¶ Sed contrarium est veritas: quod immo dictus Guillelmus pilati transmisit pro portione dicto Joāni pilati eius fratri et heredi ius et actionem petendi dictum fideicommissum: licet ipse Guillelmus ipsum fideicommissum ante eius mortem

a non agnouerit[a] per.l.cum secundum.z.l.si in personam.C. de fideicōmis.z ita hoc ibi expresse dicunt Barto.z Bald. z Saly. Idem etiam tenent Ja.de are.z Bar.in.l.cum filio.ff.de leg.j. z in.l.a testatore.ff.de.condi.z demon. Licet in dicta.l.cū filio z in.d.l.a testatore glose dicant contrarium. ¶Sed sunt reprobate per Ja.de are.Dy.Bal.Bart.z Saly.z cōmuniter per doc-cto.in locis.s.allega.¶Uel potest dici qd dictus Joan. pilati veniat ad dicta bona per ius accrescendi cū ipsi Johannes et Guillelmus fratres essent re z verbis cōiuncti in dicto fideicō misso.l.j.§.sinautē sub conditione:z in.§.his ita.C.de cadu.tol len.facit.l.j.C.quādo non ipetentium partes pe. accrescant.et

a ¶Non agnouerit. vide de hoc. s.csl.cxxxij. z csl.cxxxiij. z cōsil.cxxij.

5 in.l.re coniuncti.ff.de lega.iij.¶†Ad tertium dubium si dicto Johanni pilati obstet seu obstare poterit dicta prescriptio. Super hoc dico qd non obstat sibi pscriptio quia ignorauit dictū codicillum vsqz ab vno mense citra:ideo non potuit sibi tēpus currere.per.l.j.et penul.C.qui admitti ad bonorū pos. possunt z in.l.j.ff.de iur.z facti igno. Et que ignorantia presumitur nisi ex aduerso scientia probaretur.vt.l.verius.ff.de proba. Etiā super dicta ignorantia stari debebit iuramento dicti iohānis pilati.per tex.in ca.nulli.in fi.de ele.lib.vj.z in ca.vt circa ppe fi.eo.titu.lib.vj.z not.in.c.innotuit.de elec.facit.c.fi. qui matri accu. pos.z.c.si vero.lo.ij.de senten.excom.z plenius scripsi de hoc iuramento in statuto si quis per literas. In glo.fin. in xv.co.¶Et si posset dici tēp⁹ cucurrisse dicto pilati restitui deberet in integrū aduersus lapsum dicti tēporis.xxx.annorum.

4 ¶†Quia ignorātia est iusta causa bñficiū restitutionis i integrū concedendi etiā maiori:vt plene per Ange. de are. qui ita dicit z tenet expresse insti.de actionibus.in.§.si quis agēs.in. xiij.col.ibi.pōt etiā beneficiū.z glos.in.l.si sic constituta. z in.l si partē.ff.quēadmo.serui.admittat.facit glo.in.l.iij.C.de iure emphi.z facit.l.j.§.si quis aūt pp inundationē:z ibi hoc tenet expresse Bar.ff.de itinere actuqz priuato.z Cy.in.l.j.C. de bonis maternis.z glo.in.c.auditis.extra de in integrū resti. sup verbo potentes.¶Nec obstat.l.fi.C.de prescri. longi tēporis. vbi dicit text.qd non refert is contra quē prescribit: sciuerit an ignorauerit:quia respōdetur qd verū est qntū ad effectualē cursum prescriptionis qz currit cōtra ignorantes sicut cōtra scientes:tamē ignorans restituitur in integrum ex illa iusta causa ignorantie:z restitutio in integrum non incipit currere nisi a tēpore scientie:vt dicit Bal.in.l.falsam.C.si ex falsis instrumētis.z ita debet dicit ipse intelligi.l.diuus.ff.de re iudi.z.l. qui agnitis.ff.de excepti.z hoc de tertio z vltimo dubio.

¶Summarium.

☞Attētata post appellationē extra iudicium interpositam p
1 modum attentati non reuocantur.
2 Appellatio extraiudicialis nō est pprie appellatio.

¶Consilium.cxxxviij.

Domin⁹ Jacobus marchi monachus d: obtinuisse quādā sententiā in curia romana cōtra dñm stephanū de mars sup petitorio priorat⁹ de brenigno. Qui dñs

de mars infra tēpus debitum a die noticie appellauit a dicta sententia in scriptis corā autentica persona: et que appellatio infra tempus debitum etiam fuit eidem domino iacobo marchi intimata: qua intimatione non obstante ipse marchi obtinuit a curia parlamenti literas de placet qđ ipse posset exequi facere suam sniam qđ ⁊ fecit: ⁊ se fecit intrudi in possessione ipsius prioratus. Ideo dictus de mars q: spoliatus possessione dicti prioratus obtulit supplicationem curie parla. in qua inter cetera petit dicta attentata in preiudiciuȝ dicte sue appellationis reuocari ⁊ se restitui in sua pristina possessione. ❡Queritur an bene petat: dubiū facit q: a dicta sententia nō fuit appellatum corā iudice delegato qui dictā sententiā in curia romana tulit: sed extra iudicium in hac ciuitate gronop. corā autentica persona. istam questionem monet Joan. mo. in. c. cupientes. §. penul. que incipit nec per hoc super verbo a gratis ibi: si vero aliquid attētetur: quod alias esset licitum ⁊c. de ele.

1 li. vi. ⁊ ibi tenet. ❡†Qđ attentata post appellationē extra iudicium interpositam nō reuocantur per moduȝ attentati: sed ex futuro euentu pendebunt. allegat ipse. c. cū inter. eodem ti. de elec. ⁊. c. considerauimus. extra. de supplē. neg. prela. ⁊. l. si fundum. C. de rei ven. idem tenet Archi. in. c. romana. super verbo prohibere circa finē. de appel. li. vi. Et pōt esse ratio: q: illa que fiunt in iudicio sunt maioris efficacie ꝙ illa que fiunt extra iudiciū: vt dicit ipse archi. in. c. auaritie. sup verbo cōfirmatur. de elec. li. vi. ❡Plus dicit Joā. mo. vbi. s. in alio versi. ibi sequenti q ui incipit: si vero appellatione pendēte a iudice a quo appellatū est ⁊c. qđ etiam in appellatione iudiciali attentata per iudicem a quo anteꝙ appellatio fuerit iudici ad quē notificata etiam nō reuocantur per modum attentati. Sed appellatio dicti de mars nō erat introducta in curia[a] romana tpe quo dict[9] marchi se intrusit infra dictū prioratū vigore dicte snie ⁊ literarū parlamēti. igitur nō videnᷓ dicta atētata esset reuocāda. Q: ad hoc q: appellatio dicaᷓ iudicialis oportet qđ causa fuerit corā iudice ad quē inchoata: vt dicit Guil. de mōte laudnno. l. d. cle. cām super verbo ab ista: ɔsiderans etiā qđ. ❡†Appellatio extraiudicialis nō dicitᷓ ꝓprie appellatio sȝ ꝓuocatio ad causaȝ: vt dicit ter. in. c. cū sit romana. de appel. in antiquis. ❡Sed circa premissa cogitaui posse sustineri de iure qđ in casu nostro đ quo agiᷓ dicta apellatio dicti de mars dici debeat iudicialis: cum fuerit per dictū de mars appellatū ab actu iudiciario: videlicet a dicta sententia lata per iudicem delegatū apostolicū: ideo dicta sua apellatio licet extra iudiciū fuerit iterposita dici ⁊ censeri debet iudicialis tanꝙ accessoria: ⁊ debet sequi naturam ⁊ cōditionem sui principalis. vt in. c. accessoriuȝ. de reg. iur. li. vi. Preterea qđ dicta appellatio dicti de mars nō censeaᷓ extraiudicialis: patet: q: extraiudicialis appellatio dicitur proprie que fit a futuro vel instanti grauamine: appellatio autem iudicialis est illa que fit a preterito grauamine: vt in casu nostro de quo agitur. ita dicit Inno. in. c. constitutis. ⁊ in. c. cū sit romana. in prin. de appel. ❡Et potest responderi ad ea q̄ dicūt

a ❡In curia. de appellatiōe extra iudiciali ēt vide. s. cōsi. xcvij.

Jo.mo.⁊ archi.in locis.s.allega.quod non loquitur de appel lationibus emissis ab actibus iudicialibus:sed extraiudicialibus:puta electionibus ⁊ postulationibus que non fiunt nec fieri debent in iudicio/sed extra per capitulantes:vt in.c.cum inter canonicos.extra de elect. Ideo tales appellationes a talibus actibus extraiudicialibus dici debent merito extraiudiciales.et licet de monte landuno . in.d.c.causam. super verbo occasione:dicat quod dictum.c.causaz electionis.loquatur de appel.taz extraiudicialibus ꝙ iudicialibus:qđ intelligit ipse quo ad intimationem parti infra tempus ibi statutū:ideo gesta per dictū marchi in preiudiciū dicte appellationis per modum attentati debēt reuocari:⁊ ad statū pristinū reduci:iuxta l.iij.C.de appel.⁊.l.fi.in fi.ff.ad turpil.⁊ no.per Archid. in.d.c. romana.de appel.eo.ti. qm̄ etiam extraiudiciales appellationes a sacris canonibus admittūtur etiā emissis ante litis ingressum.vt in.c.cum sit romana.extra de appel.in anti.

Summarium.

1 Separatorum separata est ratio.

2 Supplicatio scđa non admittitur a sententia parlamenti.

3 Cartusienses non sunt emphyteosis capaces.

Consilium.cxxxix.

Litere dalphinales pro parte venerabilis domini prioris maioris domus cartusie ⁊ minus petita in sua supplicatiōe ipsis literis annexa intimari neq̧ fieri debent causis ⁊ rationibus sequentibus.

Primo qz dictus dominus prior cartusie in dicta sua supplicatione non expressit dño gubernatori qđ per curiam parlamenti fuerint tres prolate sententie super negocio principali:quarum vltima confirmatoria precedentiū fuit prolata die quarta mensis maij proxime lapsi: ⁊ qđ taciturnitas dicte tertie sententie reddat dictum rescriptum subreptitium [a] probat tex.in.c.inter dilectos.circa fi.ibi. in omnibus etiā ⁊c.⁊extra de fide instru. Scđo quia a dicta tertia sñia nō fuit pro parte dicti dñi prioris cartusie recursum siue supplicatum:ideo iuris presumptiōe ipsam habuit ratā ⁊ eidē acquieuisse censetur:iuxta.l.ad solutionem,cum ibi no.C.de re iudi.⁊ probatur in.l.fi.ff.de appel.reci.⁊ in.l.hi qui.ff.de appel. ideo circa hmōi negociū vlterius audiri non dz ipse dñs prior cartusiensis.in.l.si quis insiuran.in fi.C.de re.cre.⁊ iureiur. ⁊ si dicatur:qđ ipse dñs prior cartusiensis nouissime recurrrit ⁊ supplicauit dicto dño gubernatori illa vltima supplicatio non releuat dictū cartusi.priorē:qz ipse ibi nō supplicauit a dicta vltima sñia.Sed tm̄modo a prima sñia:in qua fuit sibi prorogat[9] 1 terminus de sex mensibus. † Nā separatoris.separata esse dz rō ⁊ iuris dispō:nec de vno infert ad aliud:iura sunt vulgata. 2 † Tertio qz curia plamēti obtinet vicē pfecti ptorio:iō a sñia b ipsi[9] plamēti nō dz de iur admitti scđa supplicatio[b].l.si qs aduersus.C.de pci.lpa.offe.no.Inn.in.c.ex lrīs.extra de rest.i integ.sz p acta appet qz ipse dñs prior cartusie supplicauit prio a

a Subreptitiū.ð subreptiōe rescripti i quo nō sit mētio de sñla viđ etiā s.cõs.cxxxiiij.

b Secūda supplicatio. de iure a sententia parlamenti nō debet nisi semel supplicari. vide in decis.parla. q.cccxlv.

¶ Ad sextum quesitũ si dicti hoies delati aliquid in dicta causa ꝓposuerint ꝛ ꝓbauerint qḋ elidere habeat intẽtionem dicte partis fiscalis dñi clarimontis.ꝛ dicendũ est qḋ nõ. Nã in eo qḋ ipsi hoies p̄tendũt se esse in possessione ibi piscãdi hoc nõ probant:qꝛ maioꝛ pars testiũ ꝓ parte dictoꝝ holm delatoꝝ examinati sunt de dicto mãdamento sancti geoꝛgij:ꝛ deponẽdo qḋ ipsi hoies dicti mãdamenti sunt in possessione ibi piscãdi deponũt in coꝝ fauoꝛem ꝛ in cã coꝝ ꝓpria saltim per indirectũ:ideo eisdem nõ est fides adhibenda.per ea q̃ dicit Bart. in.l.deferre.§.idem decreuerũt.ff.de iure fisci.¶ Alia etiam ratione nõ possunt dici dicti hoies sancti geoꝛgij fuisse aut esse in possessione ibi piscãdi saltim pacifice duabꝰ cõsiderationibꝰ.

¶ Pꝛima est qꝛ plures ex dictis hoibus dudum circa decemseptem anni sunt elapsi fuerũt cõdemnati in assisijs dicti loci ad causãꝫ dicte piscature erga dictũ dñm clarimontis in diuersis pecuniarũ summis ꝫ inhibitiones eisdẽ factas ibi piscauerũt vt pꝫ ex actis que sn̄ie in rem transiuerunt iudicatã nulla appellatione suspẽse:ideo faciũt ius ꝓ dicto dño clarimontis.iuxta.l.ingeniũ.ff.de sta.ho.cũ multis si.¶ Scḋa cõsideratio est quare nõ possunt dici dicti hoies fuisse in pacifica possessione ibi piscandi:qꝛ per acta cõstat de inhibitionibꝰ eisdem holbꝰ voce p̄conia factis ne haberent ibi piscari ꝛ sub pena ꝓ quolibet cõtrariũ faciẽte decem francoꝝ auri dicto dño clarimontis applicãda.Quibꝰ inhibitionibꝰ ꝛ ꝯdemnationibꝰ ꝫ dictos hoies dudum factis ipsi hoies nõ possunt dici veri possessoꝛes: qꝛ qui patitur cõtrouersiam in sua p̄tensa possessione non dꝫ nec censeri dꝫ possessoꝛ.iuxta no.per glo.in.c.cõmissa. sup verbo pacificam.de elec.lib.vj.ꝛ ibi plene per docto.ꝛ probat tex. in.l.nemo.C.de acqui.pos.Et ad interrũpendum talem p̄tensam possessionem partis aduerse nõ solum requiritur iudicia

lis cons

lis controuersia:imo etiam sufficit extraiudicialis vt per Paulum de leazaris in cle.gratie.de rescrip.quem ibi sequitur de zabarellis.𝔷 per Bar.in.l.ampli⁹ non peti.ff.rem ra.habe.𝔷 in.l.mentius.§.tres heredes.ff.ad trebellia.

¶Summarium.

1 ☞Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.

2 Renunciatio que 𝔷 quando preiudicet renunciante.

¶Consilium.clxxij.

Frater Hugo fornerij prior sancti Juliani dictū prioratum corā notario 𝔷 testib⁹ simpl'r 𝔷 pure resignauit 𝔷 illi renūciauit:𝔷 inde superuixit.xxiiij.dieb⁹:queritur an dictus prioratus vacauerit p mortē dicti fratris Hugonis vel per resignationē attenta regula cācellarie q̄ vult q̄d si q̄s in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficiū 𝔷 postea infra.xx.dies decesserit beneficiū per obitum vacare censeatur. ¶Dico q̄d illa regula cancellarie nihil facit ad casum istū:q: dicta regula loquitur qñ resignans beneficiū moritur post resignationē ante.xx.dies:s3 dict⁹ frater Hugo nō est mortu⁹ ante.xx.dies.q: superuixit per.xxiiij.dies.vñ cessant verba 𝔷 dispositio dicte regule:𝔷 per ɔ̄ns dispositio eiusdē. vt in.l.si vo.§.de viro.ff.so.ma.𝔷.l.iiij.§.ait pror.vbi.totiēs.ff.de dā.ifec.𝔷.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exerci.𝔷.c.ex parte.de cōcess.pben.Ideo dubiū de quo q̄ri-

1 tur nō deciditur p dictam regulā.†Sed est casus omissus a dicta regula:ideo remanet dispositioni iuris cōis.l.cōmodissime.ff.de libe.𝔷 posthu.l.si cū dotē. ff.sol.mat.𝔷.l.si extraneus.ff.de cōdi.ob causam.An aūt de iure cōi vacet p resignationē vel per mortem tota vis stat in hoc.An resignatio facta corā notario et testib⁹ valeat 𝔷 inducat vacationē beneficij.Et diceret aliq̄s prima frōte q̄d nō inducat vacationē:q: renūciatio beneficij d3 fieri coram superiore q̄ possit renūciantē etiā inuitū destituere.vt in.c.admonet.𝔷.c.q̄d in dubijs.de renūciatione.𝔷 q̄d no.glo.𝔷 Jo.an.in.c.ad aures.q̄d metus cā.Sed hoc nō obstante cōtrarium est veritas q̄d in casu de quo agitur valeat renūciatio facta corā notario 𝔷 testib⁹.Nam si renūciatio h3 ius ad rem in beneficio nō est dubiū q̄d valet renūciatio coram notario 𝔷 testib⁹ vt vult decisio rote.cclxxij.q̄ incipit.itē si aliquis psentatus.ad hoc.c.si electio.extra de elec.lib.vj.𝔷 q̄d no.Inno.in.c.cū venissent.de in integ.resti.q̄ in ea licet loquatur de renūciatione iuris ad rem que facilius perditur.vt in cle.gratie.de rescrip.tñ in renūciatione beneficij loquūtur:𝔷 in admissione renūciationis facte in manib⁹ nō habentiū potestatē

2 destituēdi.†𝔷 ideo in preiudiciū renūciantis valet renūciatio facta coram notario 𝔷 testib⁹ siue renūcians habebat ius ad rem siue in re:licet nō fiat in manib⁹ superioris sed alteri⁹.vt voluit glo.Inno.Jo.an.Ant.de but.𝔷 cōiter oēs in.d.c.q̄d in dubijs de renūciatione.Notarius tñ vt publica psona recipit renūciationē noīe superioris 𝔷 p superiore.vt.l.ij.ff.rē pu.sal.fore.𝔷.l.eū pro quo. ff.de in ius vo.Inno.in.c.dudū.de cōuersione cōiu.𝔷 ideo v3 renunciatio et per ipsam inducitur vacatio pfertim q: narrata fuit pape:𝔷 pa pa cōfert seu cōferri mādat dictū prioratū vt vacantē per dictā resignationē siue alio mō vacet. iuxta ea q̄ habentur in tex.𝔷 glo.𝔷 per docto.in.c.susceptū.de rescrip.lib.vj.

¶Nec obstat collatio ante facta per ordinariū qui cōtulit vt prioratū vacantē per mortē:q: nullā fecit mentionē de renūciatione:q: si sciuisset renūciationē factā coram notario 𝔷 testib⁹:𝔷 dixisset illā nolle habere ratam tūc aliud esset dicendū.Et licet postea producantur alie collationes de antidata illis non est stādum ɔ̄ prouisionē per papā q: presumūtur facte in fraudem maxime si sint sine notario 𝔷 testibus per id q̄d no.dñi de rota decisione.xxj.que incipit: item fuit dubitatū vtrum credatur. Nec predicte cōclusioni obstat tex.in.c.si abbas

tem. de elec. lib. vj. q2 tex. nõ loquitur in resignatione beneficij: sed loquitur in volente deferri monasterium vt trãseat ad episcopatum.

¶ Summarium.

1 ¶ Dominiũ transferri potest absq3 possessionis apphẽsione.
2 Donatio inter patrem ⁊ filium facta est inualida.

¶ Consilium. clxxiij.

Honesta mulier beatrix robondi actrix in hac causa eius intentionem ⁊ deducta in suo libello cõcludente in rei vendicatione contra petrum robondi reum plene iustificauit.

1 ¶ † Primo per testũ petri robondi ei9 quondaz patris in pcessu productũ in quo dictus ei9 quõdam pr̃ eidem actrici dedit ⁊ legauit sestariatã prati in scdo articulo sui libelli designatã: q2 ex ipso legato fuit in ipsam actricem dñium translatũ absq3 apprehẽsione possessionis. in. l. a ticio. ff. de furtis. cũ si. ⁊ iste est vn9 casus specialis inter ceteros in quo transit dñium sine apprehẽsione possessionis. de quib9 casib9 specialib9 hr̃ per glo. in. l. si ager. ff. de rei ven. ⁊ sic dicta actrix pbauit primũ extremũ qd requiritur in agẽte rei vẽdicatione. vt in. l. in rem. ff. de rei ven. ¶ Probauit etiam ipsa actrix aliud extremũ qd requiritur ex parte rei cõuenti vez qd dictus reus dictã sestariatam prati possideat: q2 ipse reus ita cõfessus fuit rñdendo quarto articulo4 dicte actricis. pro quo. l. officiũ. et. l. fi. ff. de rei vendi. cũ si. ¶ Ex quib9 infertur vera cõclusio qd cũ dicta actrix pbauerit suã intentionẽ in dicto suo libello deductã ipsa obtinere d3: ⁊ dictus reus cõdẽnari iuxta cõclusa et petita in dicto suo libello. ¶ Nec eliditur intẽtio dicte actricis pretextu donationis per dictum reum in causa pducta causis et rationibus subscriptis.

2 ¶ † Primo quia dicta donatio omnium bono4 dicitur facta inter patrem ⁊ filium in potestate constitutam ⁊ sic non valuit et est nulla ⁊ inualida. l. donationes. la. j. C. de dona. inter virũ et vxo. ¶ Nec confirmatur iuramento vt dicit do. hen. de bouenco in auten. sacramenta puberum. in sua repetitione. Et licet ibi dicat de bouenco qd licet non cõfirmetur iuramento qd

a tamen iurans potest compelli ad obseruandum iuramentũ.[a] In hoc tamen casu non potest ipse pater iurans compelli ad seruandum iuramentum quia mortuus est: ⁊ dicta actrix non est heres ipsius iurantis sed legatoria: ⁊ ideo non potest cõpelli ad obseruandum ipsum iuramentum. ¶ Scdo quia et si valuisset dicta donatio non tamen fuisset ex ea translatum dominium rerum donatarum in dictum donatarium. Quia per tenorem instrumẽti dicte donationis apparet qd dicta bona donata mouentur de emphiteosi quorundam dominorum directorum vt narrat dictum instrumentum: a quib9 tamen dominis directis ipse filius reus donatarius nõ fuit de ipsis bonis laudatus neq3 retentus: ⁊ sic dominium nunq3 fuit nec est penes dictũ reum donatariũ vel ẽptorẽ sine cõsensu domini directi. cũ ipso iure cadat in cõmissu3 res alienata sine cõsensu dñi

a ¶ Ad; obseruandũ iuramẽtũ. vid in deci. gla. q. clxvj. ⁊. 3. cõsi. xxiij. nu. 5. vbi. ⁊ si forte diceres. ⁊ cõsi. ciiij. nu. 3. versi. si qd de donatione.

directi p.l.fi.C.de iure ẽphi.ibi cadat.Jõ hoc casu:nihil operant̃ cõstitutio p̃cari & retentio vsufructus & plene scripsi in decisionibus curie parlamenti. qõ.xlvi. Ideo dominium dicte rei legate potuit transferri & fuit translatum in dictam actricem vigore dicti legati:& cum ipsa actrix p:lo habuerit dñiũ: dz ipsa actrix p̃ferri.iuxta.l.quoties duob⁹.C.de rei vẽdi. ¶Tertio q: in dicto instrumẽto donatiõis dicit̃ ꝙ nisi dictus petr⁹ reus donatari⁹ subueniret dicto suo patri donatori in suis necessitatib⁹ ꝙ dicta donatio esset nulla. Sed testes dicte actricis examinati sup suis articulis incipientib⁹ addẽdo &c. vcꝫ secũdus terti⁹/quart⁹/& quint⁹ testes.super tertio dictorũ articulorũ deponũt ꝙ dict⁹ petr⁹ re⁹ donatari⁹ nõ subuenit dicto suo patri in suis necessitatib⁹ igitur &c. ¶Quarto quia p testamentum patris in processu productum apparet quod ipse petrus reus est heres patris scriptus pro medietate pro qua contra eum agitur.Et qui reus ipso patre mortuo eum fecit sepeliri et solui eius funeraria vt fatetur ipse reus respondendo quinto articulorum dicte actricis incipientium vt vobis &c. ex quibus se:gessit pro herede dicti sui patris.vt in.l.pro herede.in prin.ff.de acquirenda.heredi.Ideo cõtra legatũ factũ dicte actrici per dictũ eius patrẽ in dicto suo testamẽto venire non põt:per ea que legunt̃ & no. in.l.cum a matre.C.de rei ven. Q: ipse pater testator nõ solũ rẽ suã:imo etiã rẽ heredis potuit dicte actrici legare.vt in.§.nõ solũ.in princ.insti. de legatis cũ si.Et tenet̃ ipse re⁹ heres sui patris expedire dicte actrici legatarie dictũ legatũ de quo in dicto libello agit̃: ex quo adita fuit hereditas ex testõ iuxta.l.eũ quẽ.C.de fideicõ. posito etiã ꝙ dicta res legata fuisset de bonis sibi donatis. Maxime q: ipse heres adiuit hereditatẽ paternã absq beneficio inuẽtarij: ex qua additione fuerũt ppterea cõfuse actiones si quas habebat dict⁹ re⁹ heres in dictis bonis.iuxta.l.fi.C.de iure delib. ¶Nec obstat ad premissa ꝙ dictus reus respondẽdo dicto quinto articulorũ dicit ꝙ ipse fecit dicta funeraria vt donatari⁹: q: in instrumẽto dicte donatiõis nõ legit̃ ꝙ ipse donatari⁹ teneret̃ vigore dicte donationis dicta funeraria fieri facere ideo vt heres sui patris ipsa funeraria fecisse dici : debet maxime q: ipse filius in illis funerarijs non fuit protestat⁹ ꝙ faciebat nõ vt heres patris:imo vt donatari⁹ per.d.l.pro herede.in prin.ibi.ideo solent testari liberi &c.ff.de acqui.here.

¶Summarium.

1 ☞Jurisditio vnius iudicis non potest per non subditum prorogari.
2 Uasallus iurisditionem alterius sine domini consensu prorogare nequit.
3 Potestas iudicis in quẽ prorogata est iurisditio: finitur lata per eũ sententia.
4 Sententia lata ex causa erronea retractari potest.
5 Consensus absentis non presumitur.
6 Torqueri potest quis ob presumptiones et indicia.

¶Consilium.clxxiiij.

CIrca pcessum vẽtilatũ de p̃senti in curia plamẽti inter dñm procuratorẽ fiscalẽ generalẽ dalphinat⁹ p iure & interesse dñi nostri dalphini:& ioãnẽ filiũ pauli de layn mercatorẽ de buxo quondã ex vna pte:& iacobũ frãcisci ex altera ad cãm mortis dicti pauli p dictũ iacobũ interfecti vident̃ in iure examinãda pũcta subscripta p declaratiõe iuris & intentionis dicte partis fiscalis & dicti Joãnis filij dicti pauli.¶ Pzlo q: dictũ dlictũ nõ fuit ppetratũ p dictũ Jacobũ de chãberiaco:sꝫ in mãdamẽto chathonaysij terre & baronie dñi sale noue.an dict⁹ fili⁹ pauli Jacob⁹ delat⁹ potuerit iurisditionẽ prograre corã p̃posito marescalorꝫ sabaudie & ꝯsequẽter corã ꝯsilio chãberiaci sine ꝯsensu dñi nr̃i dalphini cui⁹ sunt subditi & iurisditionales dicte ambe ptes: aut saltim sine cõsensu

dicti dñi ꝓcura.fiscalis.¶Scđo si cõsiliũ sabaudie l quẽ dicta
iurisditio pretẽdiť ꝓrogata suã sniam sup morte dicti pauli la
tã in qua fuit ipse iacobus absolutus ⁊ dict⁹ iohãnes in expẽ
sis ⁊ interesse dicti iacobi cõdẽnatus executioni dẽmãdari fa=
cere possit.¶Tertio si dicta snia consiliũ chãberiaci manifeste
inique lata possit reuocari nõ obstãte exceptione rei iudicate
p dictũ iacobũ delatũ opposita.¶Quarto si tacitus cõsensus
dñi nostri regis dalphini vel suorũ officiariorũ fecerit valid iri
dictã ꝓrogationẽ iurisditionis:vel si requirebať expressus cõ=
sensus.¶Quinto que indicia appareant contra dictum iaco=
bum per que possit dici dictum iacobum fore questionandũ.
1 ¶Ad primũ dico q iurisditio corã dicto marescallo ⁊ cõsequen
ter corã dicto cõsilio chãberiaci nõ potuit p dictũ subditũ dal=
a phino ꝓrogari[a].Primo q: dictus iohãnes est minor.xvij.an=
norum vt dicit Bal.in.l j.C.de iuris.om.iu.itẽ.etiã non potuit
ibi fieri ꝓrogatio sine cõsensu dñi nostri regis dalphi. vt tenet
expresse Bar.in.l.j.in.§.⁊ post operis.ff.de no.ope.nun . ⁊ in.l.
j.ff.de iudicijs.Idẽ etiã tз an.de butri.in.c.ex transmissa.circa
2 prin.extra de fo.cõpe.post Inno.in.c.ceterũ.extra d iu.¶†Si=
cut etiã videmus qđ vasallus nõ põt iurisditionẽ alterius pro
rogare sine cõsensu dñi sui:vt no.glo.in.d.l.j.ff.de iudi.⁊ Inn.
in.c.inter quatuor.de ma.⁊ obe.Et hoc verũ nõ solũ in ciuilib⁹
causis immo etiã in criminalib⁹ criminaliter intẽtatis nõ põt
fieri ꝓrogatio sine cõsensu dñi partiũ:⁊ expresse dicit ⁊ tз pau=
lus de castro in.d.l.j.ff.de iudi.in sua repetitiõe circa fi.ibi:con
cludo ergo ⁊c.Nec obstat glo.in.d.l j.ff.de iudi.in gloss.fi.que
videtur velle quod etiam in criminalibus possit fieri ꝓroga=
tio:q: intelligiť vbi consensus domini interueniret per ea que
s.prime dixi post Bart.⁊ doc.Itẽ dictus ioannes de layno est
clericus solutus:ideo nõ potuit cõsentire in iudices sabaudie
sine cõsensu sui episcopi.p tex.in.c.significasti.de foro compe.
immo nec etiã in iudicẽ ecclesiasticũ vt not.Inno.in.c.duo . in
fi.extra de offi.ordi.⁊ per glo.in.c.P.⁊ G.extra de offi.delegati
in.glo.j.in fi.⁊ per pe.ia.in titu.de ꝓrogatione.Idẽ in vasallo
p cap.primo.si de feudo ꝯtrouersia fuerit apđ quẽ agi debeat.
3 ¶†Ad fin si dictũ ꝯsiliũ chãberiaci possit dictã suã sniaз exeq
quo ad expẽsas dãna interesse ⁊ iniuriã.credo qđ nõ: q: ptãs
iudicis in quẽ est ꝓrogata iurisditio finitur lata p eã snia.vt di
cit glo.in.l.ij.ff.si quis in ius vocat⁹ non ierit.⁊ facit.l.cpale.C.
de epi.audi.nec tenebiť curie p lamẽti requisita dictã sniaз exe
qui nisi de vrbanitate:q: fuit lata in alio territorio qđ nõ subest
dño dalphino.ita tз bar.in.l.extra territoriũ.in sua repetitiõe
4 ff.de iur.om.iu.¶†Ad tertiũ si dicta snia ex rationabili causa
reperiať erronea ⁊ cõtra ius partis dicti de layno lata poterit
retractari:⁊ videť qđ sic p.c.cũ inter.in fi.extra.de re iu.in anti
quis.qđ sic tenere videť spe.in tit.de snia.in.§.fi.in versi.vel si
sit lata cõtra ius litigatorũ ⁊c.Facit.l.plane.circa mediũ.ff.de
peti.here.⁊ qđ no.Bar.in.l.j.§.hoc interdictum.ff.quod vi aut
clam.⁊ vide que dicit Bart.in.l.illicitas.ff.de offi.presidis.
5 ¶†Ad quartũ respõdendo nõ põt dici tacitus cõsensus dñi no

a ¶Prorogari. de hac materia circa ꝓrogationẽ iurisditionis vide in deci. gra. q.lxxvij. et q.ccccl xy.

stri dalphi.nec suorũ officiariorũ interuenisse in dicta pretensa prorogatione
cum essent absentes a patria sabaudie vbi causa litigabatur: ꝛ illam litẽ mo
tã ignorãtes ita qḋ nõ põt dici locũ hr̃e.l.sepe.ff.de re iudi.Tũ qꝛ in progatiõe
iurisditionis in aliũ iudicẽ nõ sufficit gñale mãdatũ:sꝫ requirit̃ spãle mãdatuꝫ
ꝛ expressus cõsensus progãtis: vt in.c.olim abbas.extra de offi.delega.vel fm
inno.nisi habeat gñale mãdatũ cũ libera:qꝛ tũc posset progari de tpe ad tps:ꝛ
de re ad rẽ.vt no.p eundẽ Inno.in.c.de causis.extra ḋ offi.dele.idẽ ẽt dicit bar.
in.l.extra territoriũ in fine sue repetitionis.ff.de iur.om.iu.¶Ad primũ q̃sitũ
dicẽdũ est sufficiẽtia esse indicia ad q̃stionãdũ dictũ iacobũ. Primo qꝛ constat de
morte dicti pauli put añ oĩa cõstare dꝫ.l.j.§.itẽ illud.ff.ad sille.ꝛ.l.si is qui §.si
tu titiũ.ff.de fur.q̃ fuit visus mortu⁹ ꝛ ei⁹ vulnera vt p bar.in.l.fi.ff.de quest.iõ
erat pcedẽdũ cõtra aliquẽ spãliter vt ibi dicit Bart.Scḋo qꝛ dictus iacob⁹ fuit
repert⁹ sol⁹ cũ dicto paulo ĩ camera:iõ vehemẽtissime p̃sumit̃ delictũ cõmisisse.
l.raptores.ꝛ ibi no.gl.C.de epi.audi.ꝛ.l.capite q̃nto cũ ibi no.p doc.ff. de adul.
ꝛ facit.l.excipiunt̃.ff.ad sille.ꝛ arg.illi⁹ tex.dicit ibi bal.qḋ mulier si silet de ne-
ce mariti ĩ domo iterfecti p̃sumit̃ cõscia.ꝛ facit.l.defensores ciuitatũ.la.ij.C.de
defen.ciui.in rõne sui.Tertio qꝛ.d.iacob⁹ est cõtrari⁹ sibiĩpi:iõ resultat contra
eũ suspitio.ꝛ ex illa varietate sequi dꝫ tortura.l.ex libero.in prin.ff.de quest.ꝛ.l.
vni⁹.§.testes.eo.ti.ꝛ in.c.lr̃as extra de p̃sump.diuersi eñ sunt mõi pbandi veꝫ
p testes:instrã:p cõfessiões:p facti euidẽtiã:vt in.c.cũ ad sedẽ.extra de rest.spo:
ꝛ p violẽtã p̃sumptionẽ vt ibi dicit glo.ꝛ q̃nq; p indicia.l.indicia.C.de rei ven.
quãdoq; p famã q̃ aliquãdo pbat sola:aliquãdo cũ aliĳs iũcta vt no.in.l.pprie
tatis.C.de pba.ꝛ.l.iij.§.eiusdẽ.ff.de testi hr̃.p ang.in.l.at q̃ natura.§.cũ me ab-
sente.ff.de nego.gest.q̃nq; pbatur p cõiecturas ꝛ adminicula ꝛ p̃sumptiões.c.
p̃terea cũ q̃s.extra de test.ꝛ i.d.c.littera.de p̃sum.ꝛ.c.tertio loco.q̃nq; pbatur p
solã violẽtã p̃sumptionẽ q̃ habetur loco pbatiõis.xxxij.q j.dicit dñs argu. ad
6 hoc.extra de accu.c.repellantur.ꝛ.c.afferte mihi gladiũ.de p̃sum.¶†Et cũ per
pcessum appareãt q̃plures p̃sumptiones ꝛ indicia:sequit̃ ppterea q dict⁹ ia
cobus venit torquẽdus.ꝛ debuit ip̃e Iacob⁹ manere incarceratus donec de me
ritis pcessus fuisset cognitũ.aut saltim donec fuisset cognitũ sup tortura.iux-
ta.l.diuus.ꝛ.l.si ꝯfessus.ff.de custo.reo.ꝛ ponit bar.in.l.j.ff.de custo.reo.ꝛ facit
text.in.l.lege cornelia.ff.ad sille.ibi:vt ex vinculis causa dicatur: ꝛ ita ibi not.
bar.idẽ etiã tenet in.l.iij.C.de exhi.reis.vbi ꝯclusiue dicit qḋ pro delicto atroci
licet quis non sit adhuc conuictus vel confessus debet mitti ad carceres.alleg.
l.j.C.de custo.reo.nec debeat cum fideiussoribus relaxari.per.l. diuus.ff.de cu
stodia reorum.Ita etiam dicit Bald.in.l.ij.de exhi.reis.

¶Summarium.

1 ☞Represalie laxari nõ debẽt vbi recursus haberi potest ad superiorem.
2 Omissum secundum ius commune est regulandum.
3 Obligatio facta per metum non preiudicat.
4 Iuramentum metu extortum non ligat,

¶Consilium.clxxv.

Represalie concesse in villa mõtilliĳ per dñm ioffredũ de ecclesia
cõmissariũ dalphinalẽ cõtra bartholomeũ de villariĳs ꝛ quosdã
alios mercatores ꝛ ciues ciutatis auinionis ad importunã in-
stantiã iohãnis ministralis ꝛ consortũ suorũ fuerunt nulliter ꝛ
1 indebite laxate.¶†Primo qꝛ fm sententiam vbi p iusticia põt ha
beri recursus ad superiorem iudicẽ requisitei nõ debẽt represalie
laxari.ita dicit io.an.recitando archi.in.c.nõ debet aliquis.de regu.iuris li.vj.
ꝛ Bar.in suo tractatu represaliarũ in.§.q̃õne ꝛ Bal.in aut.ꝛ omnino.C. ne vxor

ꝑ marito.in.iij.oppositione.sed dñs iudex ciuitatis auinionis habet superiorē
qui nō fuit aditus per dictū dominū ioffredū:igitur ⁊c.Scḋo q2 cū littere dicti
dñi cōmissarij nō derogarētur vocato de quercu seruiēti dalphinali sed officia
rijs auinionis:iō ei9 relatiōi stare non debuit dictus dñs cōmissarius dalphi-
nalis iuxta not.ꝑ glo.⁊ docto.in.c.qm̄ cōtra falsam.de ꝓbatio.⁊ spe.in titu.de
citatiōe.§.sequit.v̄si.sed nūquid.⁊ ibi io.an.in addi.⁊ bar.⁊ imo.l.l.si finita.§.
iulian9.ff.de dā.infec.⁊ bar.in extrana.ad rep2i.in gl.sup v̄bo ꝑ nūciū.in fin.⁊
Saly.in.l.tres denunciātes.C.quō ⁊ qñ iudex.Tertio q2 nō debuit ipse dñs cō
missarius ad laxationē dicte marche ꝓcedere: nisi pri9 ꝑemptorio edicto p2e-
cedente vt venirēt partes ⁊ audirētur dicture cur ipa marcha laxari nō debe-
ret vt dicit bar.i dicto suo tractatu rep2esaliarū.in.iiij.q.⁊ bal.i dicta autē.⁊ solo
versi.sequit videre ⁊c.q2 aliter tolleret defensiōis facultas qḋ fieri ideo debet i
cle.pastoralis.c.ceterū.de re iu.⁊ no.in.l.fi.C.de legib9.Quarto q2 nulla subest
iusta cā quare ipse dñs cōmissari9 laxare debuerit dictā marchā q2 etiā si inin
ste ipse dñs iudex auinionis denegasset exequi litteras dicti dñi cōmissarij nō
est sufficiēs causa laxādi marchā:qm̄ vt dicūt doct.in tractatibus rep2esaliarū
debet esse magna cā ⁊ magna lesio ꝑ quā totale ius ꝑtis tollat: nā ista laxatio
marche est remediū extraordinariū subsidiariū ⁊ odiosuz ⁊ ɔtra ius cōe vt in.c.
si pignoratas.de iniurijs ⁊ dā.dato.lib.vj.ideo ꝓ modico nō datur.l.scio.ff.de
resti.in integrū ⁊.l.si oleū.§.fi.ff.de dolo.cū si.Sed in casu isto si ciues auiniōis
qui petebant citari vt redderēt cōputa ⁊ rationē in loco montillij nō fuerint ci
tati nō ꝑꝑ hoc tollit totale ius dictorū ministralis ⁊ cōsortū:q2 illi de auinione
semꝑ obtulerūt se paratos reddere rationē i loco geste administratiōis qḋ iuri
cōsonat in.l.j.⁊.ij.C.vbi de ratiōe agi oporteat.Et si dicat qḋ vnus iudex debet
alteri suffragari:vt in.c.j.de offi.iudi.vbi plene ꝑ ymo.⁊ in.l.obseruare.ff.de offi
cio ꝓcōsulis ⁊ legati ꝑ bal.q2 ꝑꝑ hoc qḋ iudex requisit9 noluit suffragari alteri nō
est loc9 laxatiōi marche ſm qḋ no.Jo.an.in nouel.in.c.romana.§.cōtrahētes.de
foro cōpe.li.vj.⁊ Hērī.boic.in.c.j.de ap.¶ Nec obstat submissio ad curiā cabeo
li: q2 submissio illa fuit ad obseruātiā cōtētorū in instrumētis ɔtractuū:sed in
illis nō d2 qḋ teneant reddere rōnē in loco mōtillij nec alibi vbi sūt submissi:s3
solū mādabant ꝑ litteras cabeoli ɔpelli ad reddēdū rōnē qḋ d3 intelligi ſ3 for
2 mā iuris cōis:postq̄ est omissum de loco:† q2 id qḋ est omissum:regulari d3 ſm
dispositionē iuris cōis.l.si extrane9.ff.de cōdi.ob cām.l.si cū dotē.in p2in.ff.sol.
ma.⁊.l.cōmodissimū.ff.de liberis ⁊ posth.¶ Nō obstat etiā eis arrestū factū in
ꝑlamēto ex cōsensu petri de suellis ꝓcuratoris substituti ꝑ dñm ꝓcuratorē pa-
palē ⁊ frācīscū marcillie:q2 ad illḋ nō habebāt mādatū neq3 potestatē cōsentiē
di:nec intelligit cōcessa nisi quatenus cōstaret.l.mādata.cū ibi not.ff.de ꝓcu.
3 ⁊.l.si ꝓcur.cū ibi no.ff.de cōdi.indebi.¶ † Nō d3 ēt eis nocere obligatio nouissi
me facta i palatio apostolico auinionis de comparēdo in loco mōtillij q2 dicta
obligatio fuit ꝑ minas ⁊ metū extorta q2 ibi erāt in arresto ꝑsonali:iō licet me
tus mortis vel corporū cruciatus nō interuenerit de quo loquit.l.interpositas
C.de transac.Tñ vt ibi dicūt Cy.Bart.⁊ Salyce.qñ aliquid fit ꝑꝑ metum po-
testatis officialis rescindi d3 ꝑ.l.si ꝑ impressionē.C.de his q̄ vi metusve cā fiūt.
Solus eñ visus vult9 potētis inducit iustū metū no.Bart.in feu.in ti.de pace
iura.fir.in.§.si q̄s.v̄si.temerario.⁊ idē Bal.in.l.q̄ in aliena.§.celsus.ff.de acqui.
4 here.dicit qḋ verba magistratuū inducūt iustū metū.¶ † Nec obstat iuramētū
q2 mero iure ciuili nō obligat iuramētū metu extortū vt no.in feu.in ti.de pace
iura.fir.in.§.itē sacramēta.⁊ ibi gl.⁊ Bal.Uel si dicamus qḋ iure canonico tale
iuramētū obliget tñ ſm cōem doct.sententiā in.c.ad aures: qḋ metus causa.et
in.c.cū cōtingat.de iureiu.pōt obtineri absolutio.Immo etiā ꝑ dños ꝑlamēti

poterit cõpelli ps aduersa ad laxationẽ dicti iurã vt no. fre. de señ. ꝯsi. cclxiiij. in fi. quẽ sequit̃ panoz. in. c. ij. de iureiur. ¶ Sicut em̃ iudex secularis põt cõpellere iurãtẽ ad obseruãtiã iuramẽti licite prestiti vt no. in. c. ij. de iureiur. lib. vj. et ibi per doc. ⁊ no. Jo. an. in. c. cũ laycus. de foro cõpe. ita etiã põt cõpellere ad laxationẽ illũ cui prestitũ est. vbi est relaxationi locus fm̃ dictos doc.

¶ Summarium.

1 Legimatio quando valeat.
2 Datio in feudũ facta quando valeat.
3 Legitimatio an possit in feudũ dari.
4 Auus filium ex filio instituere tenetur.
5 Filio nascituro in sui cõmodũ stipulari potest.
6 Legitimatus transit in potestatem patris.
7 Petitio inepta dicitur si executio sententie preponatur.

¶ Consilium. clxxvj.

Pro diffinitione pcessus vertẽtis in hac venerabili curia plamẽti iter magnificũ dñz clarimõtis agẽtẽ ex vna pte: ⁊ dñz de crolardo administratorio noĩe nobilis Claudij de claromõte ei⁹ filij ⁊ lit ad cãz castri bastide de deneysino se defendẽtẽ ex altera vñr l iur examinãda q̃sita subscripta. ¶ Pmo si legitimatio dñi ioãnis bastardi d claromõte fuerit ⁊ sit valida. ¶ Scdo si dcã legitiatio fuerit valida an valuerit datio i feudũ d dcõ castro fcã p dñz quõdã clarimõtis dicto dño ioãni de claromõte ei⁹ filio naturali legitiato. ¶ Tertio ⁊ si dcã datio i feudũ fctã p dcm̃ quõdã dñz clarimõtis dcõ suo filio naturali ñ valuisset respectu ipsi⁹ filij naturalis an saltẽ valuerit respectu Jacobi filij naturalis ⁊ lti dcĩ bastardi ⁊ liberoꝝ suoꝝ ex dcõ iacobo ei⁹ filio descẽdẽtiũ. ¶ Quarto si dict⁹ claudi⁹ de claromõte nepos dcĩ dñi ioãnis bastardi legitiati dẽat l dcõ castro basti de succedere ⁊ sibi de iur ptineat. ¶ Quito si testm̃ dcĩ dñi ioãnis bastardi legitimati valuerit ⁊ valeat cũ fuerit fcm̃ viuẽte adhuc dcõ quõdã dñi clarimõtis ei⁹ pre. ¶ Sexto si petitio clarimõtis sup qua p̃ñs pcessus fuit exordit⁹ sit inepta.

1 ¶ Ad pm̃ q̃sitũ si dcã legitiatio fcã p dcm̃ dñz quõdã dalphinũ valuerit ⁊ valeat; egregij ⁊ famosi vtriusq; iur doctores vltramõtani actu legẽtes i vniuersitate taurinẽsi satis declarauerũt dictã legitiationẽ valere p iura ⁊ rões plene p eos tactas i eoꝝ iuris allegatiõib⁹ q̃ si pls videant: p quoꝝ opinionũ fortificatiõe adduco vlra eos rões sequẽtes. ¶ Pmo q2 in lra patẽti dcẽ legitiatiõis fit mẽtio qd ipe dñs dalphin⁹ dcm̃ dñz ioãnẽ bastardũ legitimauit nõ obstãtib⁹ ꝯstõib⁹ ⁊c. que ĝnalis cla tñ operat̃ sicut si fctã fuisset mẽtio de oĩb⁹ legib⁹ sine ꝯstõnib⁹ in ꝯtrariũ faciẽtib⁹ p. l. q̃dã vlpian⁹. §. fi. ⁊ ibi vr̃ casus fm̃ Bar. ff. de excu. tut. facit. ff. de re iudi. l. q̃dã ꝯsulebãt in. §. fi. ⁊. C. si ꝯ ius vel vti. pub. vt l. l. fi. ⁊ ibi hoc no. Jo. de are. pe. ⁊ cy. l. j. q. Jdẽ ẽt ibi tz Bar. idẽ ẽt ibi tz bal. in aut. oẽs pegrini. C. cõia de successio. idẽ ẽt dr ⁊ tz Paulus de leazaris dicẽs qd vba ĝnalia derogatoria vel ꝯfirmatoria actuũ pcedẽtiũ plata ab eo q̃ ptãtẽ hz ꝯfirmãdi vl derogãdi: dũmõ ꝯstet de ei⁹ volũtate: vt i casu nr̃o sufficiut: siue loquunt de pũilegijs, rescriptis ꝯstõnib⁹ ꝯsuetudinib⁹ vel ꝯctib⁹. vt cle. j. i fi. d sepul. Jdẽ ẽt dr Jnn. vcz qd vbi ꝯcedit rescriptũ vel pũilegiũ ꝯ iusiciõe sufficit ĝnalr dicere nõ obstãte aliq̃ lege vt in. c. q̃ in eccliarũ ex de cõstõnib⁹. Jdẽ dr ⁊ tz Jo. an. in c. j. de excess. prela. lib. vj. in versi. breuiter dici põt ⁊c. ita qd in oĩ materia in qua vba derogatoria sunt plata lz ĝnalr ab eo q̃ derogare põt ⁊ appet ei⁹ volũtas vt in casu de quo agit qd ĝnalr oĩb⁹ derogare voluit illi ei⁹ volũtati ẽ stãdũ. Et tz idẽ Jo. an. in. d. c. j. de exces. pla. qui ibi allegat. xxiiij. c. tex. tã in iure canonico q̃ ciuili: in quib⁹ priuilegia ⁊ iura cõia tollũtur per ĝnales non obstãtias.

¶ Scdo qz in dicta legitimatiõe ɔtinet cla de plenitudine ptãtis τ de grã spã-li: per q̃ verba tollunt oĩa substãtialia iuris vt in. c. pposuit cuz sua materia. de ɔces. prebẽ. ¶ Et vz dicta legitimatio qz in ea fit mẽtio de duplici adulterio ex parte patris τ ex pte matris dicti dñi Joãnis q̃ ibi legitimat: put erat necesse ibi mẽtionẽ facere vt dicit Jo. an. in addi. ad Spe. in ti. q̃ filij sint legitimi. ideo in hoc pũcto dicti dñi vltramõtani q̃ sup hoc allegauerũt errauerũt I facto pre-supponẽdo qd non fuerat facta mẽtio in dicta legitimatiõe de duplici adulte-rio: qz imo facta fuit mẽtio. ¶ Plus dico qd valuit dicta legitimatio: qz viuẽte patre τ ipso ɔsentiẽte vt pz in pcessu facta fuit: nec fuit necesse fieri mẽtionẽ de alijs legitimis τ naturalib9 liberis dicti quõdã dñi clarimõtis. ita dicit τ tenet Bar. in l. gallus. in. §. τ qd si tm̃. ibi induco ad qõnẽ ⁊c. in fi. ff. de libe. τ posthu. ¶ Itẽ etiã in dicta legitimatiõe fit mẽtio qd dict9 dñs Joãnes legitimat etiaz ad bona nobilia vt sunt feudalia. ideo expresse tollit dispõ dicti. §. naturales. vsus. p gl. τ doc. in. d. §. naturales. idẽ tz Jo. ferrarij in ti. forma libelli quo agit ad reuocationẽ feudi in gl. super verbo nec superstitib9 ex eo liberis ⁊c. Qz di-cta legitimatio maxime facta de cõsensu dicti sui patris tm̃ operat τ fuit opata ac si ipse dñs Jo. bastardus fuisset legitime nat9. l. j. ff. de na. resti. τ ɔsecut9 fuit ipse dñs Joãnes plenũ ius succedẽdi ac si illegitime nat9 fuisset. vt in aut. qb9 modis natu. effi. sui. in. §. illud. col. vij. τ remotũ fuit obstaculum qd tũc erat in psona dicti dñi Joãnis. τ est reduct9 ipse dñs Joãnes ad ius naturale vt pro-bãt dicta iura. τ faciũt no. in simili. in. l. manumissiões. ff. de insti. τ iure. ¶ Et lz in dicta legitimatione nõ fiat mẽtio de reb9 feudalib9 sed in genere de bonis nobilib9: attamẽ idẽ sunt feudalia τ nobilia sm cõez intellectũ vt fatet ps ad-uersa respõdẽdo primo articulo articulorũ dicti rei incipientium addendo ⁊c.

2 ¶ † Ad scdm questitũ si valuerit datio in feudũ facta per dictũ quondã dñm cla-rimõtis dicto dño Joãni eius filio legitimato. Et videtur primo qd non. qz in hac patria Dalphinali vasalli dalphinales de quorũ numero erat dictus quõ-dã dñs clarimõtis etiã respectu dicti castri bastide de quo agit nõ pñt dare in feudũ alteri sine ɔsensu dñi nostri Dalphi. vt pz in. xxij. c. libertatũ generaliuz pñtis patrie dalphinat9. Scdo qz filij naturales ẽt legitimati nõ sunt capaces rerũ feudaliũ de iure feudoꝝ. iuxta dictũ. §. naturales. ¶ Sed his nõ obstãtib9 veritas est qd valuit dicta datio in feudũ non obstãte dicta libertate: qz postea dñs noster Dalphinus de dicta datiõe in feudũ informat9 ipsam ratã habuit τ eã ɔfirmauit vt ptz litera patẽti sua dicto dño dalphino ɔcessa in hoc processu inserta que propterea fuit cõualidata ex superueniẽti consensu dicti dñi nostri Dalphini per ea que dicit Bar. in. l. si quis mihi. §. iussum in fi. ff. de acq. here. et per eundẽ Bar. in. l. si expressim. ff. de appel. qz actus nullus defectu ɔsensus alterius si ille ɔsensus superueniat cõualidat actus vt ibi ple. p Bar. ¶ Ad di-ctũ vero. §. naturales pro contrario allegatum satis fuit responsum: per ea que dixi supra circa finẽ primi quesiti dũ dixi qd princeps dispẽsauit cũ dicto dño Joãne bastardo in sua legitimatione posse tenere τ habere bona nobilia: quia appellatiõe bonorũ nobiliũ continent feudalia τ sunt verba equipollẽtia τ ad paria debet iudicari ar. l. mulier. in prin. ff. ad trebel. τ in. l. si mater. C. de insti. τ substi. sub ɔdi. factis. Et qd illa verba nobilia τ feudalia idem sonẽt fatet pars aduersa vt. s. dixi I fi. primi quesiti. ¶ Uel aliter τ scdo põt rñderi ad dictũ. §. na-turales qd hodie de ɔsuetudine gñali pñtis patrie Dalphinat9 feudalia sunt redacta ad instar patrimonialiũ siue allodialiũ q̃ ad ius successionis vt ponit Jo. an. in pꝛhemio isti. τ de emp. τ vẽd. circa prin. τ de legitima patro. tutela. cir-ca fi. τ de re. diuisiõe in prin. τ idẽ Jo. fa. in aut. ingressi. C. de sac. san. ec. Idẽ di-cit Pe. ia. in materia feudoꝝ. Et nõ solũ quo ad ius succedẽdi sunt redacta feu-

dalia ad instar allodialiũ de cõsuetudine patrie.imo etiã quo ad ius alienãdi: vt dicit Bal.in feu.in.c.porro.qualr feud.olim poterat alienari;: q̃ ↄsuetudo lȝ nõ foret ꝓbãda cũ de ea attestãtur tãti famosi doctores vt dicit Bar.i.l.de qb⁹. de legibus.tñ ex abũdãti dictus dñs de crolardo in hac cã.ꝓbauit per testes dictã cõsuetudinẽ. Etiã aliũde ꝓbaẽ q: in trãslatiõe pñtis patrie in domũ frãcie dñs Hũbert⁹ dalphin⁹ qui dictã trãslationẽ fecit voluit ꝛ ↄcessit qd oẽs ꝛ q̃cũq; ẽt mulieres ꝛ descẽdẽtes ex eisdẽ:succedãt ẽt in feudalib⁹ vt pȝ ex ꝓductis i hac
3 cã. ¶ Ad tertiũ q̃sitũ si dicta datio feud.facta dicto dño Joãni naturali legitimato quouismõ posset ĩpugnari siue de inualiditate redargui respectu dicti dñi Joãnis bastardi:an saltim voluerit respectu Jacobi ei⁹ filij ꝛ liberoꝝ suoꝝ quibus cẽseẽ facta donatio de dicto castro per illa verba dicto domino Joãni pñti et stipulãti ꝓ se ꝛ suis heredib⁹ ꝛc.dico qd sic.qd sic ꝓbaẽ q: lȝ vitiũ patris vcȝ dicti dñi Joãnis nocere potuisset dicto Jacobo eius filio naturali ꝛ legitimo ꝛ suis liberis in his q̃ ex persona patris descẽdũt nõ tñ in his que aliũde veniũt vcȝ ab auo vt in.l.iij.ff.de interdictis ꝛ relega. Sed dictus nepos vcȝ Jacobus nõ habuit dictũ castrũ ex persona patris sui:sed ex ꝑsona ei⁹ aui vcȝ dñm quõdã clarimõtis donatoris.igiẽ ꝛc. ¶ Preterea sicut spuri⁹ nõ põt capere ita nec etiã deportatus.C.de here.insti.l.j.sed deportatio filij nõ nocet nepoti q̃n ipse possit capere.vt.ff.de bonoꝝ pos.cõtra tabulas.l.j.§. si filiũ. ꝛ de bonis libe.l.si necẽ.§.deportatus.ergo idẽ in proposito qd persona filij vcȝ dicti dñi Joannis bastardi nõ debuerit nocere Jacobo eius filio. ¶ Preterea ingratitudo filij nõ nocet nepoti quin ipse habeat querelã ex persona sua.l.iij.§.si emãcipat⁹.ff.de bo.pos.cõtra tabulas.ꝛ.C.de inoffi.test.l.si quis filiũ.ꝛ qd ibi no.per gl.ꝛ doc. et per Dy.in.c.nõ dȝ aliqua.de regu.iur.lib.vj. ¶ Preterea videmus qd si fili⁹ est hereticus ꝛ infidelis nõ nocet nepoti quin succedat auo vt in.l.cognouim⁹. C.de hereti.ꝛ hãc partẽ tȝ Bar.in quodã suo ↄsilio ꝑ dictã.l.cognouim⁹.ꝛ multas alias rõnes.idẽ ẽt tenuit Bar.in.l.gallus.§.quid si is.ff.de liber.ꝛ posthu. Ita qd si nõ valuisset dicta donatio facta dicto dño Joãni per dictũ quondam dñm clarimõtis de dicto castro bastide:valuit tñ respectu dicti Jacobi ei⁹ filij ꝛ liberoꝝ suorum:q: dictũ verbũ heredibus ꝛc.in stipulatione adiectum intelligitur de liberis per tex.in.l.ex facto.§.fi.ꝛ ibi glo.ꝛ Bar.ff.ad treb. ¶ Ad quartũ quesitũ si dictus nobilis claudius de claromõte nepos dicti dñi Joãnis legitimati debeat in dicto castro succedere ꝛ sibi pertineat. Et credo in veritate qd sic:primo per dictã donationẽ factã per dictũ quondã dñȝ clarimõtis dicto Joãni legitimato in processu productũ per verba ibi:dicto dño Joãni presenti recipiẽti ꝛ stipulãti pro se ꝛ suis heredibus masculis ꝛc.q: ipse dñs Joannes donatari⁹ habuit dictũ Jacobũ eius filiũ naturalẽ ꝛ legitimũ qui fuit quãdiu vixit dñs ꝛ possessor dicti castri. Et qui Jacob⁹ decessit superstite sibi dicto claudio de claromonte eius nepote ex filia sua vxore dicti dñi de crolardo suscepto: qui claudius propterea dicitur de liberis masculis ipsius Jacobi iuxta.l.j.C. de condi.insertis. Et vt ibi dicit Bal.dict⁹ Claudius dicitur ex proprio corpore dicti Jacobi eius aui materni procreatus propter cõtinuationẽ sanguinis.ita
4 dicit Bal.in.d.l.j.C.de ↄdi.insertis. Ideo alibi dicũt doc.qd auus filiũ ex filia tenetur instituere aliter testamẽtũ eius est nullũ.ita dicit post doc.Joã.ferrarij in ti.forma libelli in quo petiẽ hereditas ex testamẽto.in gl.super verbo ac realiter ꝛ actualiter introductis.ibi:sed quid si filius ꝛc. Et maxime admitti debet dictus claudius ad successionẽ dicti castri:q: ipse claudius est de cognomine cognationeq; ꝛ armis dicti dñi clarimõtis agẽtis vt ipse dñs clarimõtis fateẽ rñdẽdo articulis dicti dñi de crolardo.ita qd dictus dñs clarimontis actor nõ põt pretendere qd dictũ castrũ trãsportetur extra ei⁹ familiã sine agnatione ipsorũ

de claromõte: sed remanebit in sua agnatione cognomineq̃ armis ⁊ ipsoꝝ de
claromõte. Et ideo dictus dñs quondã claromõtis donator videt̃ sensisse etiã
de liberis masculis ex filiabus nascituris: qꝛ posthumus qui rerũ natura non-
dũ est põt heres institui. l. placet. cum. l. se. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ ei legari põt. l.
qui quartã. §. fi. ⁊. l. qui filiabus. ff. de leg. ij. Ita etiã ⁊ ei donari põt cũ legatum
sit quedã donatio. l. legatũ. ff. de leg. ij. põt etiã stipulari filio nascituro in suũ cõ
modũ. l. si quis operas. ff. de operis libertoꝝ. ⁊ pro his faciũt que dicit Bar. in
l. paulus. §. pe. ff. de bo. libertoꝝ. ⁊ in l. ꝙ dicit̃ la. ij. ff. de verb. obli. ¶ Maxime
premissa sibi locũ vẽdicant in personam dicti claudij: qꝛ ipse q̃ est de eius agna
tiõe cognoĩe ⁊ armis quẽ ꝓpterea pferre voluit dict⁹ dñs donator pro ɔserua-
tione sue agnationis vt dicit Saly. in. d. l. j. C. de condi. inser. in prin. ibi: sed ab
extra quero ⁊c. nam constat ex processu ꝙ dictus nobilis Jacobus in suo vlti-
mo testamẽto heredẽ particularẽ sibi instituit nobilẽ claudiũ de claromõte ei⁹
nepotẽ: ⁊ sic verificant̃ illa verba in dicta donatione subiũcta: ibi dum dr̃ ꝙ di
cta donatio fuit facta dicto dño Joãni legitimato recipienti pro se ⁊ suis here-
dib⁹ masculis. Et si dicat̃ ꝙ in materia feudali verbũ heres intelligit̃ de filio
masculo ⁊ filius ex filia nõ admittit̃ ad feudũ. ad hoc rñdeo ꝙ feudalia hodie
sunt redacta ad istar p̃rimonialiũ ⁊ allodialiũ: vt plene declaraui. §. circa scd̃ꝫ
quesitũ. ita ꝙ hodie de ɔsuetudine succedũt mulieres ⁊ liberi mulierũ et femi
nini sexus. ideo cessat hec obiectio. ¶ Et si dicat̃ ꝙ dicta lr̃a laude cõis ⁊ ratifi-
catiõis dicte donatiõis ɔcessa per dñm quondã dalphinũ subiũgunt̃ sequẽtia
verba. Et tñ nihilominus idẽ vicecomes qui dictã donationẽ tñmodo trãsfe
sit in dictũ Joãnẽ ⁊ eius prolẽ masculinã ad ipsum hõmagiũ: iuxta pactiones
predecessoꝝ suoꝝ cessante prole legitima ipsi⁹ Joãnis. Quo accedẽte in futurũ
cessaret de nouo vt supra remaneat obligat⁹ dũmõ idẽ fortaliciũ redibile per-
maneat ⁊c. Qm̃ ad hoc respõdeo primo ad primã partẽ dicte clausule ibi dũ dr̃
iuxta pactiões predecessorũ suoꝝ cessante prole masculina ipsi⁹ Joãnis: quia
hoc nõ est verũ ꝙ ſm pactiões predecessorũ dicti dñi quõdã clarimõtis dictũ
castrũ cessante prole masculina redire debeat ad ipꝫ dñm clarimõtis. Nã si at-
tẽdat̃ ad infeudationẽ dudũ de anno dñi. M cccxl. ⁊ die. xx. mẽsis Junij factaꝫ
de dicto castro per dñꝫ Humbertũ dalphinũ eynardo dño tũc clarimõtis ⁊ ad pa
cta ibi subiũcta dictus dñs Humbertus dalphin⁹ dictũ castrũ infeudauit dicto
eynardo tũc dño clarimõtis pro se ⁊ suis heredib⁹ / nullã mẽtionẽ faciẽdo de li
nea masculina vt pꝫ in instrumẽto in processu pro parte dicti dñi de crolardo
producto. Et sic illa verba mentionẽ faciẽtia de prole masculina in dicto rescri
pto dñi nostri quondã dalphi. adiecta referẽtia se ad dictas pretẽsas pactiões
ibi fuerũt erronee ⁊ ɔtra tenorẽ dictarũ pactionũ apposita ⁊ pro nõ adiectis ha
beri debẽt qꝛ ɔtra veritatẽ fuerũt in ipso rescripto descripta. Imo plus dici pos
set ꝙ dictũ rescriptũ regiũ ⁊ dalphinale in quo est dicta falsa causa adiecta est
nullũ ⁊ subreptitiũ respectu dicte clausule sicut in simili videm⁹ ꝙ decretũ iu
dicis interpositũ ex falsa causa est nullũ ipso iure. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat
ei qui. ⁊ no. Bal. super rubrica qui admitti ad bonorũ posses. possunt. ¶ Et si di-
catur ꝙ dictum rescriptum operatur alium effectum qꝛ ratificat infeudatio-
nem factã per dictũ quondã dñm clarimontis dicto domino Joanni de dicto
castro: sed ad hoc potest responderi ꝙ dictum rescriptũ continet plura ⁊ diuer
sa capitula ⁊ separata: ideo potest valere quo ad cõfirmationẽ dicte donatiõis
in feudũ: ⁊ nõ quo ad alia capit̃a ibi ex falsa cã adiecta ꝑ ea q̃ leg. ⁊ no. in. l. si ex
falsis. C. de trãsac. ¶ Et si ibi fuissent adiecta illa ṽba de ꝓle masculina mẽtionẽ
faciẽtia: iuxta dictas p̃tẽsas pactiões de qb⁹ pactiõib⁹ tñ nõ ɔstat: adhuc cõpete-
ret dicto nobili Claudio de claromõte / ius in dicto castro de quo agit̃: qꝛ semꝑ

sexus masculinus sexū femininuz continet. tex. est in. l. cōtra duos inulos. in fi. ff. de leg. iij. Nec obstāt in hoc iura feudorum que repellunt mulieres z eorum liberos masculos a successione feudi cuz hodie feud. alia sint redacta ad instar patrimonialium siue allodialium: vt supra plene dixi circa secundum quesitū. ¶ Et alio etiam capite spectat dictum castrum dicto nobili Claudio vigore emancipationis in processu producte per quaz apparet quod dictus dominus ioannes de claromonte de consensu z voluntate dicti domini quondam clarimontis bona que ipse dederat dicto iacobo in contractu sui matrimonij confirmauit z de nouo eisdem iacobo z suis heredibus z successoribus dedit z donauit: inter que bona donata in dicto contractu matrimonij continetur dictuz castrum bastide vt legitur in instrumento dicti matrimonij in processu producto. ¶ Et nota dicta verba de nouo donat zc. ¶ Quia si non valuisset dicta prima donatio que tamen valuit: vt supra circa quartum quesitum declaraui: ista tamen donatio facta postea in emancipatione valuit. In qua donatione non fit mentio de liberis masculis nec etiam in dicto contractu matrimonij. ¶ Et sic dicatur in materia feudali illa verba pro se z suis heredibus intelliguntur de liberis masculis: quia vt supra sepe dixi hodie in hoc cessant iura feudorum ex consuetudine generali presentis patrie: que consuetudo dominatur et in iudicando attendi debet vt dicit text. in. c. Obertus de orto. cum ibi not. de feudi cognitione z not. glos. in. l. de quibus super verbo vtimur. ff. de legi. item etiam quia ita voluit dictus dominus humbertus dalphinus quando dalphinatum transtulit in domum francie vt etiam. S. dixi circa fi. sebi quesiti. ¶ Non obstat etiam si dicatur quod si donatio primo facta dicto domino iohanni de claromonte non valuerit: nec etiam secunda donatio facta de dicto castro per dictum dominum iohannem dicto iacobo valuit quia vbi non valet principale nec accessoriuz. ¶ Quia ad hoc respondeo quod dicta secunda donatio facta in dicta emancipatione fuit facta iubente presente volente z expresse consentiente dicto domino quondaz clarimontis primo donatore. Ideo dominus modernus actor in hac causa eius heres non potest venire contra factum defuncti eius patris cuius est heres: sed debet gesta per eum attendere z complere. l. cum a matre. C. de rei vendica. cū simi. ¶ Sed adhuc obstat quia dictus iacobus erat in potestate dicti domini quondā clarimontis eius aui paterni. insti. de patria potestate. in fin. ideo non videtur potuisse donare dicto iacobo eius nepoti. Sed ad hoc respondetur quod per dictam mancipationem fuit soluta patria potestas: vt in. l. iubemus. in fin. C. de eman. lib. Uel secundo potest responderi quod iuramentum confirmauit non obstante patria potestate: vt plene dixi in deci. parla. q. cxlix. ¶

6 † Ad quintū quesitū respōdeo quod cū pars aduersa in pcessu presenti fateatur qd dictus quōdā dñs clarimontis superuixit dictū dñm ioānē eius filiū naturalē legitimatū: iō ex hoc apparet qd ipse dñs ioannes tēpore sui testamēti ex aduerso producti erat in potestate dicti dñi clarimōtis eius patris: q: legitimat⁹ trāsit in ptāte patris: vt sentit bar. in. l. gall⁹. §. z qd si tātū. ff. de lib. z posthu. ¶ Et tales naturales legitimati succedūt equaliter patri cū alijs liberis naturalib⁹ z legitimis: vt tenēt bal. z imo. vt refert dñs ia co. de puteo. in. l. Ex facto. in pn. in. vj. col. ff. de vul. z pu. idē etiā tz Goffre. vt refert spe. qui idē tz in tit. de successiōe ab intestato. in. §. j. vñ. sed ex facto queritur. Et tales legitimati faciūt etiā deficere fideicōmissuz: vt plene p Jo. ferrarij. in ti. forma libelli quo agit ex substitutiōe. in gl. sup vbo, ex suo corpe: iō nō valuit neqz valet dictū testamentū etiā si fuisset confectū de voluntate patris. insti. quib⁹ nō est pmissum facere testamētū. in princi. cū multis simi. ¶ Et si dicatur qd dictus nobilis iacobus se gessit p herede dicti dñi ioannis eius quondam

patris agendo coram iudice montis ferrati ꝯ quendã a quo ipse petebat quē-dam cẽsum de bonis dicti dñi Joannis ei⁹ quondã patris. ¶ Ad hoc rñdeo q dictus ꝓcessus si de eo legitime appareat fuit factus in alio iudicio ⁊ inter alias personas ideo nõ preiudicat dicto nobili iacobo neq; suis heredibus. l. j. C. res inter alios acta. cũ si. ¶ Tum q: ipse iacobus ibi nõ agebat et testõ sed ab intestato: q: etiã ipse ignorabat testm̃ patris: ideo nõ põt dici testm̃ ratificasse cau-sante dicta ignorãtia. ⁊ per hoc tollitur. l. nõ dubiũ. C. de testa. q̃ loquitur in illo qui sciẽter ⁊ sponte approbat volũtatẽ defuncti: nõ em̃ potest dici spõtanea volũtas fuisse in dicto iacobo cũ ipse ignoraret dictũ testm̃ paternum. ¶ Vel aliter potest rñderi qđ qñ aliquis actus est nullus ⁊ inualidus q: factus ꝯ le-ges vel cõstitutiones vt in casu nostro quia testm̃ fuit factũ per filiũfamilias q nõ potest de iure testari: tũc tale testm̃ nõ potest validari per cõsensum heredis superuenientẽ: secus si ille actus esset nullus ⁊ inualidus defectu cõsensus par-tis volentis actum nullũ validare. ita dicit Bar. in. l. si expressum. ff. de appel. ⁊ in. l. si quis mihi bona. §. iussum. in fi. de acqui. here. Sed dictũ testm̃ factũ per dictũ dñm Joannẽ filiũfamilias nõ est nullum defectu consensus dicti iacobi heredis instituti: sed q: ꝯ leges ⁊ cõstitutiones que vetãt ne filiusfamilias te-
7 stetur. igitur ⁊c. ¶ † Ad sextũ ⁊ vltimũ quesitũ si petitio dicti dñi clarimõtis sit inepta. dicẽdum est qđ sic cũ in ea cõcludatur qđ dictus dñs clarimontis ponatur in possessione dicti castri anteq̃ fuerit sibi adiudicatũ: q: ipse ꝓponit executionẽ ante sniam ꝯ iuris scripti determinationẽ: vt in. l. j. C. de executiõe rei iudi. Et ideo alibi dicit Bar. qđ similes petitiones sic inepte cõcludentes prepo-nendo executionem ante rem iudicatam rui facit ⁊ processus nullos pronũcta-ri. ita dicit ipse Bar. in. l. si cum nulla. ff. de re iudi.

¶ Summarium.

1 ¶ Dominium directum ad aliquem pertinere qualiter probetur.
2 Notario si singularis sit testis creditur.
3 Venditio que commissum causare dicatur.
4 Testis singularis non probat.
5 Juramentum non est suspecto deferendum.

¶ Consilium. clxxvij.

Nobilis petrus franconis actor eius intentionem super cõmisso per eum in suo libello intentato plene probauit in causa quam ipse habet contra petrum grauerij reum pro victoria ⁊ sententia obtinenda causis et rationibus subscriptis.
1 ¶ † Primo quia ipse nobilis petrus actor probat directum dominium rei petite in dicto suo libello per instrumentũ recognitiõis pro eius parte productum in processu. fo. lxxiiij. verso. in quo instrumento apparet qđ Joannes granerij medietatem prati de qua agitur recognouit tene-re de emphyteosi et directo dominio nobilis Joannis franconis patris dicti actoris: qui Joannes grauerij tempore dicte recognitionis erat dominus ⁊ pos-sessor dicte medietatis prati de qua agitur vt deponunt quartus testis dicti actoris folio. cij. et quintus testis folio. ciij. super septimo articulorum dicti actoris incipientium prolatiori ⁊c. insertorum folio. lxxxij. ideo dominium di-rectum ex tali recognitione facta per dictum dominum et possessorem rei reco-gnite fuit quesitum ipsi nobili Joanni Franconis patri dicti actoris iuxta. l. censualis cum ibi not. per docto. C. de donati. Et consequenter dictum dire-ctum dominium fuit translatum in dictos nobilem petrum actorem tanquam filium et heredem dicti quondam nobilis Joannis Franconis in quem fa-cta fuit dicta recognitio iuxta. l. vnicam. C. vt acti. ab hered. et contra hered.

transeant: quia omnia iura et actiones transeunt in heredem ipso iure etiam
absque reali apprehensione vt.l.cū heredes.in prin.ff.de acqui.pos. Qr ipse petrus
actor probat heres dicti nobilis Joānis frācomis eius patris per mediā per-
sonā Jacobi eius quondā fratris per depositiones.vj.et.vij.testiū dicti acto
ris insertorū.fo.l.et fo.lj.examinatorū sup quarto et quinto articulorū dicti acto
ris incipientiū vt appareat cōclusa etc.insertorū in processu.fo.xxix. Etiā agēdo
ipse nobilis petrus actor ex contractu patris per mediā personā dicti Jacobi
eius fratris quōdā adiuit hereditatē paternā et fraternā.l.pro heredi.in prin.
ff.de acqui.here.cum si. Ex quib9 sic remissis clare constat dictum nobilem pe-
trum actorē probasse primū extremum pro obtinēdo cōmissum de quo agitur.
2 ¶ Aliud etiam et secundū extremū ex quo causatur cōmissum iustificauit dict9
nobilis petrus actor ex diuersis capitibus et medijs subscriptis. ¶ Primo per
depositionē raymūdi lamberti notarij qui dicit recepisse instrumentū insertū
in processu.fo.lxxj.versō.cuius notarij depositio est inserta in processu. fo.xlix.
qui examinato super.j.arti. additionaliū dicti actoris deponit q dictus reus
dictū pratū de quo agitur vēdidit guidoni amaberti sub modo vēditionis ca-
sualis: vt dicit cōstare dicto instrumēto. ¶ Nec soluerent dño directo laudes ex
vēde de dicto prato et sic in fraudē dicti actoris dñi directi ipsius prati fuit fa-
cta dicta vēditio casualis. Et sic fuit ipse re9 versat9 circa dictā rē emphyteoti
cariā in fraudem domini directi aliter q̄ a iure esset sibi pmissum: idō ex hoc ca
pite fuit res cōmissa et aperta dicto actori.iuxta.l.fi.C.de iure emphi. ¶ Et licet
dictus lāberti notarius sit vnicus testis: tñ eius depositioni stādū: cū ipse at-
testetur de his que ipse sciuit a partib9 occasione dicti sui officij notariatus re
cipiēdo dictū instrumentū arg.l.j.ff.si mensor falsum mo.dixerit.et in pemio.ff.
ibi quid amplius: qr cuilibet deponenti pretextu sue artis est standum vt ibi.
3 ¶ Ex alio etiam et secundo capite pratū de quo agitur fuit commissum in-
specto tenore dicti instrumenti inserti in processu.fo.lxxj.verso.
¶ Qr ibi dicit q lapsis quatuor annis dictū pratū esset vēditū. Sed per pro-
cessum apparet q guigo amaberti: al's bacart emptor dictū pratū tenuit et pos
sedit quatuor annis pfectus percipiēdo: vt ipsemet guigo deponit sup.xiij.ar
ti.cuius depositio est.fo.lxix. Et idē deponit Joānes desiderij super.vj.articu-
additionaliū: cuius depositio est inserta fo.xlv.verso.ideo sequit: q dicta vēdi
tio locū habuit per lapsum dictorū quatuor annorū: iuxta pactū in dicto in-
strumēto adiectum. Que vēditio iūcta reali traditione dicti prati dicto guigo
ni per dictū reū facta causauit commissum respectu dicti Guigonis emptoris
qui emit et possessionem adeptus fuit sine laude dicti actoris dñi directi iuxta
l.fi.C.de iure emphi. ¶ Causat etiā cōmissum dicti prati ex persona petri rei.
Quia lapsis dictis quatuor annis ipse reus rehabuit dictū pratū sibi restitu-
tum per dictū guigonem mediāte restitutione.xx.floreñ. quib9 fuerat vendi-
tum et de presenti possidet: et sic ex hoc alio capite dictū pratū fuit apertū et cō-
missum dicto actori. ¶ Et si dicat q dicti.xx.floreñ.fuerūt restituti infra dictos
quatuor annos, dicto guigoni amaberti: vt ipse guigo videtur deponere.folio
lxix.examinat9 sup.xj.et.xij.arti.partis ree. Ad hoc respōdetur multis medijs.
